¶Prima penes intellectũ litteralẽ
Scõa penes intellectũ anagogicũ
Tertia penes intellectũ tropologicũ

¶Prima ratio sumit penes intellectũ historicũ siue litteralez. ¶Nam sicut dicit ¶Rabi moyses maximus philosophus ⁊ theolog⁹ apud iudeos puer in septẽ diebus taz tener adhuc est q̃z si existeret in utero matris. ¶In octaua autẽ fortificatur ⁊ solidat̃. Et ideo ut dicit noluit dñs paruulos ante octauaz diem circumcidi ne ob nimiã tenerit udinẽ nimiuz lederentur. ¶Ultra vero octauũ noluit circũcisionem elongari ꝓpter tres causas. ¶Prima ut periculũ euitet̃ ne. s. si nimium differrẽt̃ sine circũcisione eos mors contingeret. Scõa ut dolor paruulorũ ꝓuideatur cũ enim in circũcisione maxim⁹ sit dolor voluit pueros dñs circũcidi duz adhuc paruam ymaginationem habent ut minorem dolorem sentirent. Tertia ut parentũ tristicie cõsulatur. ¶Nã cũ ex circumcisione pleriq; morerentur si circũciderent̃ tã magni exinde maior dolor esset parentibus q̃z si morerentur habentes tantum octo dies. Secunda ratio sumitur penes intellectum anagogicum siue celestem. ¶Fiebat ergo circumcisio die octaua ut daretur intelligi q⁹ in octaua resurrectionis ab omni pena et miseria circũcidemur. Et scõm hoc octo dies erunt octo etates. ¶Prima ab Adam vsq; ad noe. Secũda a noe vsq; ad abrahã. Tertia ab abrahã usq; ad moysen. Quarta á moyse usq; ad dauid. Quinta a dauid vsq; ad x̃pm. Sexta a x̃po vsq; ad finez mũdi. Septima morientium. Octaua resurgentiũ. Tertia ratio sumitur penes intellectum tropologicuz siue moralem. Et scõm hoc octo dies possunt accipi pro octo cõditionibus que requiruntur ut anima pecca trix circumcidatur ⁊ grata sit deo. ¶Prim⁹ itaq; dies est prima conditio que est cognitio peccati. ¶Nisi enĩ peccator suam infirmitatẽ cognoscat nunq; ad penitentie medicinam venire curabit. Ideo inquit Seneca ad Lucillum. ¶Non est extrinsecus malum nostrum. intra nos est. in visceribus ipsis sedet. Ideo difficulter ad sanitatez venimus quia nos egrotare nescimus. Et Augusti. super psalmo. ¶Nemo aut est sanabilior eo qui sibi sanus videtur. ¶Vnde dauid in ps. quinquagesimo dicebat. Iniquitatẽ meaz ego cognosco. Secũda dies est propositũ deserendi malũ ⁊ faciendi bonum. qõ notat̃ in filio prodigo qui dixit. Surgaz ⁊ ibo ad patrem meũ. Tertia dies est tertia cõditio. s. pudor de peccato. ut homo de suis malis erubescat. Quarta dies est timor ꝑ futuro iudicio. Quinta contritio siue dolor de peccatis. Sexta est confessio loco ⁊ tpe. Septima spes venie. nõ enim sufficiũt precedẽtia sine hac septima cõditione. quia ut scribit̃ de penitẽ. di. i. in ca. nemo. ¶Nemo potest bene agere penitentiã nisi sperauerit indulgentiam. patet hoc de iuda qui licet peccatum fuisset confessus tamẽ quia ꝺsperauit de venia damnatus est. Octaua dies est satisfactio. ¶His conditionibus quasi q̃busdã diebus circumciditur anima ⁊ in statuz salutis ponitur atq; distinguitur ab illis q̃ sunt impenitentes ⁊ obstinati. Scõo cõsiderare habemus de terminatione circũcisionis quantũ ad instrumentũ. ¶Fiebat enim cum cultello lapideo ut patet Josue v. ca°. ⁊ exodi iij. ca°. Dicit tamen sanctus Tho. Q̃ talis cultellus non erat de necessitate circumcisionis neq; quantũ ad obligationez precepti neq; q̃ntum ad efficaciã sacramẽti quod ritus iudeorum vsq; hodie ostendit. licet in principalibus circumcisionib⁹ in q̃ bus x̃pm significari oportebat tale instrumentum sit adhibitum. Significabat enim x̃pm qui petra dicitur ꝑ similitudinez. ⁊ est causa principalis meritoria remissionis originalis culpe. Tertio cõsiderare habem⁹ determinationem circumcisionis q̃ztuz ad finem. Debuit vtiq; circũcisio finem habere. Vnde apostolus ad galathas v. ca°. In x̃po enim ihu neq; circũcisio aliquid valet neq; prepucium sed noua creatura. Et iterũ. Si circumcidimini x̃ps nil proderit vobis. ¶Ratio ẽ scõm doctores q̃a cũ venit qđ ꝑfectũ est euacuari debuit qđ ex parte est ꝑ ad idez ordinet̃ q̃a gra non facit ꝑ duo qđ per vnuz põt facere sicut nec nã Circũcisio aũt imꝑfecta erat respectu baptismi tripliciter ¶Primo q̃ztũ ad significationẽ q̃a nõ ita significabat expresse emundationez totius

UVA. BHSC. IyR_226

hominis ab immūdicia originalis culpe sicut ablutio baptismalis. Scō quantū ad efficaciā quia non tam habundans gratia ad operandū ⁊ reprimendū fomitē dabat in circumcisione sicut in baptismo. Tertio quantuz ad vtilitatem. quia non erat eius vtilitas ita cōmunis sicut baptismi cuz haberet determinatū populū determinatū tēpus determinatū sexū quod i baptismo nō accidit. Et ideo aduenīēte baptismo debuit cessare circūcisio. ¶ Sed iudei arguūt contra nos primo q̄a genes xvij. ca. dicit q̄ circūcisio dat in fedus eternū. Sed eternū est qđ nullo fine claudit. ergo circūcisio cessare nō debuit. Scō quia post baptismi institutionē paul⁹ circūcidit timotheū ut patet actuū xvj. ca. ¶ Respondet scūs Tho. Qz eternū hic accipit pro seculo qđ quidē finē habet sed non est nobis determinatū. Vel etiam potest dici q̄ circūcisio corporalis potuit esse in fedus eternū q̄tū ad suuz signatū ⁊ q̄tū ad id qđ ei succedit. Sicut etiā fides dr semp manere respectu visionis que ei succedit in patria. Ad scōm dicit sanctus Tho. q̄ ante xp̄i passionez circūcisio ⁊ legalia fuerunt obseruanda ex necessitate diuine iussionis ⁊ habuerūt adhuc effectū Sed post xp̄i passionē ante diuulgatū euangeliū obseruari poterant a iudeis ad fidē conuertis nō spem in ipsis ponentibus quasi alicuius virtutis essent aut quasi sine eis gra xp̄i non sufficeret ad salutē. Sed ne omnino videret lex vetus reprobanda si statim quasi ydolatria fugeretur. Et ideo hoc mō erat mater synagoga cū honore ad tumulus deducenda. Sed post diuulgatōnem euāgelij legalia non solū nō sunt salutifera sed mortifera. Medio ergo tēpore. s. post passionez xp̄i ante diuulgatū euangeliū petrus ⁊ paulus ⁊ alij apostoli legalia obseruabant non simulatorie sed vere. petrus tamen incaute se habuit in obseruatione legaliū nimis cō descendens iudeis illis qui legalia obseruabant ita ut aliqui eius exemplo inducerentur ad ea obseruanda quasi necessaria. Et ideo vere reprehensibilis erat ⁊ aliquā leuē incurrit culpā. Et paulus ad galathas ca°. ij. vere ⁊ non dispensatiue ipsū cū charitate reprehendit. Circūcisio ergo ⁊ alia legalia ante xp̄i passionē quando xp̄us ea seruauit non erant mortua nec mortifera sed salutifera Tempore aūt apostolorū ante diuulgationē euangelij erant quedā mortua q̄si nullius existentia vtilitatis. sed non mortifera. Modo uero ⁊ mortua ⁊ mortifera sūt ideo nec obseruanda ⁊ sic circumcisio finez accepit ¶ Quare xp̄s voluit circūcidi Tertiū elucidandū de circumcisione dicit subiectio. Licet enim xp̄us originale peccatuz non cōtraxerit voluit nihilominus circumcidi. Qđ quidē fecit multiplici ratiōe. vt in q̄t scūs Tho. iij. pte. q. xxxvij. Primo ut ostenderet veritatē carnis humane contra manicheū qui dixit cū habuisse corpus fantasticuz. Et contra Apollinarē q̄ dixit corpus xp̄i esse diuinitati consubstantiale. Et cōtra valentinū qui dixit xp̄z corpus de celo tulisse. Scō voluit xp̄s circūcidi ut approbaret circūcisionē quam olim de⁹ instituerat. Tertio ut ostenderet se esse de genere abrahe q̄ circumcisionis mandatuz acceperat in signum fidei quā de ipso habuerat ¶ Quarto ut iudeis excusationē tolleret duz eum nō receperunt quia nō potuerūt dicere q̄ esset incircumcisus. Quinto ut obedientie virtutē suo nobis cōmendaret exemplo. Sexto ut qui i similitudine carnis peccati aduenerat remediuz quo caro peccati consueuerat mūdari non respueret. Septimo ut legis onus in se sustinēs alios a legis onere liberaret

¶ Qz conuenienter filius dei vocatus est iheſ⁹. ⁊ de admirandis efficacijs huius nois ac reuerentia eius. Capitulū secundū.

¶ Secundū misteriū contemplanduz de xp̄o circumciso dicitur vocationis vel nominationis. Quia vocatū est nomē eius iheſus de quo iocūdissimo nomine tria cōsideranda sunt

¶ Primū ipsius cōuenientia
¶ Scōm ipsius efficacia
¶ Tertiū ipsius reuerentia

¶ Primū considerandū de hoc nole iheſus ē ipsius cōuenientia. Vbi queritur vtrū filius dei pro nobis incarnat⁹ cōuenienter sit vocatus ihs. Et dicimus q̄ sic triplici ratiōe.

¶ Primo ratiōe significationis
¶ Scō ratione reuelationis
¶ Tertio ratione annunciationis

UVA. BHSC. IyR_226

¶Primo dei filius conuenienter est vocatus ihūs ratione significationis. tūc enīz nomē cōuenienter imponit cū eius significatum cōrespondet proprietati rei. ¶Nomina aūt singularū hominū semp imponūt ab aliqua proprietate eius cui nomen imponit. vt dicit sanctus Tho. iij. parte. q. xxxvij. vel a tempore sicut imponunt noīa aliquorūz sanctorū his qui in eorū festis nascūt. ¶Vel a cognatōne sicut cū filio imponit nomen patris vel alicuius de cognatione eius. Et hoc modo propinqui iohānis baptiste voluerunt eum vocare noīe patris sui Zachariam. ¶Vel etiā ab euentu. sicut ioseph vocauit primogenitū suūz ¶Manassen dicēs obliuisci me fecit deus laborū meorūz genesis xli. ca ¶Vel etiā ab aliqua qualitate eius cui nomen imponit. sicut genesis xxv. ca. dicit Q; qui primo egressus est de utero matris ruffus erat ꝛ totus in morez pellis hispid⁹. Ideo vocatū ē nomen ei⁹. Esau qō interp̄tatur rubeus. ¶Nomina aūt que diuinitus imponuntur aliquibus semp significāt aliquod gratuitum donū eis diuinitus datuz Sicut genes xxvij. ca. dictū est abrahe. Appellaberis abrahā quia patrē multarū gentium constitui te. ¶Quia ergo homini xp̄o hoc munus gratie collatū erat ut per ipsuz omnes saluarentur. Ideo cōuenienter vocatuz est nomen eius ieſus. i. saluator. Sed contra hoc posset quis obicere ex eo q; Ysaias ca⁹. lxij. loquens de xp̄o dixit. Vocabit tibi nomen nouum qō os dñi nominauit. Sed hoc nomē ihesus nō est nomen nouuz sed pluribus ante xp̄m fuit impositus ergo nomen illud non cōuenit xp̄o. Ad hoc dicit scūs Tho. q; his qui fuerunt ante xp̄m potuit conuenire hoc nomen ihesus scōm aliquā aliam ratōnē puta quia aliquā particularē ꝛ tpalē salutē attulerunt. Sed sm rōnez spiritualis et vniuersalis salutis hoc nomē est proprū xp̄o ꝛ scōm hoc dicit esse nouū. ¶Inuenitur aūt in scriptura hoc nomen impositū quatuor hominibus. quorū primus fuit Josue q fuit pugnator fortissimus de quo dicit Ecclesiastici xlvj. ca. Fortis in bello Jesus naue. Secūs fuit ieſus filius Joiade qui fuit sacerdos deuotissim⁹ Aggei ij. ca. Tertius fuit ieſus filius sirach qui fuit doctor sapientissimus Ecclesiastici primo. ¶Quartus fuit ieſus filius virginis ¶Marie sanctissimus figuratus per tres primos nō vocaliter sed realiter. ¶Primo q̄dē quia sicut ieſus naue debellatis chananeis introduxit filios isrl in terrā promissionis. ita noster ieſus debellatis demonib⁹ extraxit sanctos ō inferno ꝛ induxit eos in terrā viuentiū. Secō quia sicut scūs ieſus edificauit templū. s. ecclesiā subuerso tēplo synagoge. Tertio q̄a sicut ieſus fili⁹ sirach renouauit sapiētiā de corde suo sic ieſus nr renouauit q̄a testamentū nouū instituit. Secō filius virginis cōuenienter est vocat⁹ ieſus ratione reuelationis. Sic equidez p̄dixerūt pphete q;. s. vocaret ieſus spū scō illis reuelante. ¶Unde deus pater in ij. hesdre loquēdo dicit. ¶Reuelabitur filius meus ieſus cū his qui cū eo iocundabuntur. Et Habacuc iij. ca. Ego aūt in dño gaudebo ꝛ exultabo in deo ieſu meo Et sibilla ¶Merinea de qua loquitur Augustinus li. xviij. de ci. dei. ¶In versibus illis. ¶Judicij signum tellus sudore madescat. E celo rex aduenet p̄sens secla futurus ꝛc. Accipiēdo primā litterā cuiuslibet versus ꝛ omnes insimul complectēdo dixit ¶Jhesus xp̄s fili⁹ dei saluator. Sed ō hoc instatur q; Ysaias loquēs de xp̄o vēturo vij. ca. ait. ¶Vocabitur nomen eius hemanuel. Et viij. ca. ¶Vocabit nomen eius accelera spolia detrahe festina prędare. Et ix. ca. vocabit nomē ei⁹ admirabilis ꝛ filiari⁹ deus fortis pater futuri seculi princeps pacis. Et Zacharias ca. vj. dixit. Ecce vir oriens nomen ei⁹. ergo incōuenienter vocatū ē nomē eius ieſus. ¶Rñdet scūs Tho. q; in omnib⁹ illis nomibus quodāmō significat hoc nomen ieſus qō est significatiuū salutis. ¶Haz in hoc qō dicitur hemanuel qō interp̄tat nobiscum deus designatur causa salutis q̄ est vnio diuine ꝛ humane nature in psona filij dei per quā factuz est ut esset nobiscum deus. ¶Per hoc aūt quod dicit. vocabitur nomen ei⁹ accelera spolia detrahe designatur a quo nos saluauerit. quia a diabolo cui⁹ spolia abstulit scōm illud apli ad colo scenſes ca. ij°. Expolians principatus ꝛ ptātes traduxit cōfidenter. ¶In hoc qō dr vocabitur nomen ei⁹ admirabilis ꝛc. designatur via et terminus salutis nostre in quantum s. admirabili diuinitatis consilio ꝛ virtute

UVA. BHSC. IyR_226

ad hereditatē futuri seculi ꝑducimur In q̄
erit pax ꝑfecta filiorū dei sub ipso principe
deo. Q̄ vero dicit. Ecce vir oriens nomen
eius ad idē refert ad q̄ primū. s. incarnati
onis misteriū scōm q̄ eo[rū] erat tenebris
lumen rectis corde Tertio filius dei ⁊ vir
ginis cōuenienter vocatus est ihūs rō̄e an
nunciatōnis. q̄a angelus gabriel vt scribit
luce ꝑ° ca. qui annūciauit v̄gini de filio na
scituro diuina secreta inter cetera sibi dixit
Ecce concipies in vtero ⁊ paries filiū ⁊ vo
cabis nomen eius ihm. Et iterū cū apparu
it ioseph in somnis dixit ei de vxore pregnā
te ut dr̄ matth. ꝑ° ca. Ioseph ioseph fili da
uid noli timere accipe mariā cōiugem tuaz
q̄ enī in ea natū est de spū scō est. Ecce pa
riet filiū ⁊ vocabis nomen eius ihum. Ipse
enim saluū faciet populū suū a peccatis co
rū. Deus igit hoc nomē angelo reuelauit
priusq̄ ad virgines mitteret eū. q̄a ut dicit
Ambrosius. illud nomē nō vsurpauit sibi
angelus sed audiuit a deo. Sed pleriq̄ vo
ceri cupiūt cū xp̄s dicat filius dei ihs ⁊ xp̄s.
q̄ sit inter hec noīa differentia. Quibus di
cimus q̄ filius dei vocat inq̄ntū est deus de
deo. Xp̄us inq̄ntū est homo a persona diui
na quātū ad humanā naturā assūpt? Ihs
inq̄ntū est deus humanitati vnitus. Alexā
der vero de ales in iij. dicit. q̄ cuz deus ⁊ hō
vnus sit xp̄us in vnitate ꝓsone pōt significa
ri persona xp̄i duplicit. Vel rōe diuine na
ture in cōparatione ad humanā scōm quā
dicit ihs. i. saluator. verbo enī in humanā
cōuenit saluare. Vel rōe humane nature ꝑ
vnionē ad diuinā ⁊ sic dicit xp̄s.

Scōm q̄ erat considerandū de hoc būdi
cto noīe ihs dr̄ efficacia. Et licet multe sint
efficacie illi?. nos tm̄ hic dumtaxat de trib?
dicemus.

Prima est miraculorū opatio
Scōa periculorū euasio
Tertia corduū consolatio

Prima efficacia noīs ihu dicit miraculor
opatio. Hanc saluator ipse declarauit cuz
dixit Marci vltimo ca Signa aūt eos q̄ cre
diderint hec sequent. In noīe meo demo
nia eicient. linguis loquent nouis. serpen
tes tollent ⁊ si mortiferum q̄d biberint nō
eis nocebit. Sup egros manus imponēt et
bene habebūt. Ex hoc dicit petrus Rauē
nas in quodaz sermone. Hoc est nomē q̄d
dedit cecis visū. surdis auditū. claudis gres
sum. sermonē mutis vitā mortuis restituit
totāq̄z opaboli potestatē de obsessis corpo
ribus virtus huius noīs effugauit Qualit
vero hec omnia impleta sint enarrabimus
cū de sanctis aplis martyribus virginibus
⁊ cōfessoribus sigillatim loq̄mur. Hūc v̄o
tiñ in hoc loco interponemus illud q̄d i vi
ta sancti dionysij scribit. Dū enī paul? ve
nisset athenas sicut etiā scribit actuū xvij.
ca. Et cū philosophis disputaret p̄cipuecq̄z
cū dionysio tūc clarissimo. cecus q̄dam per
transibat. statimq̄z dionysius dixit paulo.
Si dixeris huic ceco in nomine dei tui vide
⁊ viderit. statim credā. sed ne vtaris verbis
magicis q̄a forte nosti verba q̄ habent hu
iusmodi efficaciā. Et paul? rñdit o dionisi
tu ad cecū ꝓge eiq̄z dic. In noīe ihu xp̄i na
ti de virgine crucifixi mortui ⁊ sepulti q̄ re
surrexit a mortuis ⁊ ascendit in celum vide
quā formā verborū etiā sibi tradidit scrip
tam. O res mirabilis. O virtus ineffabilis
noīs ihu benedicti. Cū dionysius ceco p̄fa
ta verba dixisset ꝑtinus visū recepit. Qua
re dionysius cuz damari vxore sua omniq̄z
familia baptizatus est. Sicq̄z a paulo ꝑ tri
ennū instructus athenis ē ordinatus epūs
vbi ille predicationi insistens ipsā ciuitatez
⁊ partē regionis illius ad fidē xp̄i cōuertit.
Scribit insup actuū ij. ca. q̄ dū petrus et
iohes ascendebāt in templū ad horam oīo
nis nonā. quidā vir q̄ erat claud? ex vtero
matris sue baiulabat quē ponebāt quoti
die ad portā templi q̄ dr̄ speciosa ut peteret
elemosinā ab introeuntibus in templum.
Is rogabat petrū ⁊ iohem ut elemosinā ac
iperet Intuens aūt eū petrus cū iohanne
dixit respice in nos. At ille intēdebat i eos
sperans se aliq̄d accepturū. Petrus aūt di
xit. argentū ⁊ aurū non est mihi. q̄d aūt ha
beo hoc tibi do. In noīe ihu xp̄i nazareni
surge ⁊ ambula. Et apprehensa manu eius
dextera alleuauit eū. Et ꝑtinus cōsolidate
sunt bases ei? ⁊ plante ⁊ exiliens stetit ⁊ am
bulabat. ⁊ intrauit cum illis in templū lau
dans ⁊ benedicēs deū. Scōa efficacia noīs
ihu dr̄ periculorū euasio Qui enī reuerent
⁊ fideliter ac deuote inuocant nomen illud
q̄z sepissime a periculis immūtibus liberant

UVA. BHSC. IyR_226

ficut ꝛ ego experientia certa cognoui. ꝛMaz multis obmissis q̄ dicere possem. ꝛRefera3 tñ vnū qō vidi in ciuitate mediolani. Duz enī ego erā in cōuentu sancti francisci pfatē ciuitatis deambulabā die quadā sol⁹ supra in claustruz infirmarie audiui flebilem clamorē cuiusdā pueri. statimq3 accurrens ad partē illā iuxta quaz infertus edificata ē piscina bene pfūda aquis repleta adeo ut aque ibi excrescētes vel pfluentes staturaz cuiuslibet hois operirent. prospexi aūt puerū ibi periculo submersionis expositū. erat ut puto septennis. rapuerāt illū aque vsq3 ad medietatē piscine pfate. attonitus ego ꝛ memor dulcissimi nois ihu. ihesu in gemnando puerū cui nil presidij afferre poterā hortatus sū ut ꝛ ipe ihesū aduocaret. testor deū ꝛ angelos ei⁹ q̄ ēz primuz ihesū noiare cepit immobilis inter aquas pmānsit. ita q̄ erect⁹ vsq3 ad medietatē tñ aquis erat immersus. ꝛReliqua vero pars corpis. s. pect⁹ brachia ꝛ caput extra aquas rtinebat tāq3 si aliquis pedes eius sub aquis firmiter retineret. Stetit illo modo q̄diu fratres cucurrerūt q̄ lancea sibi porrecta eduxerunt illū ad terrā pseruatū a periculo submersionis virtute nominis ihesu benedicti. ¶Tertia efficacia nois ihu dicit corduz consolatio. ꝛHoc noie suauissimo cōsolant peccatores quia eius virtute pctā illis remittunt. Mñ tohes p⁹ ca. ca°. ij. ait. Scribo vobis filioli quñ remittunt vobis peccata vra in nomine eius. Et ꝛRiccardus de scō victore inqt. Ihesus nomē dulce nomen delectabile nomen cōfortans peccatoz ꝛ beate spei. ergo ihesus esto mihi ihesus. hoc noie cōsolant iusti sperantes in illo eternā salutē acq̄rere Mñ actuū viij. ca. petrus dicebat. ꝛNon est aliud nomen sub celo datū hoibus in quo oporteat credētes saluos fieri. ꝛHoc demq3 noie roborant ꝛ fortificant certantes pro xpo ꝛ alia aduersa queq3 tollerantes. Est ō hoc exempluz sācti Ignatij q̄ discipul⁹ fuit beati iohānis euāgelute ꝛ epus Anthiocenus. cuius tanta fuit auctoritas q̄ etiā dominus verba illius ad cōfirmationē dictoz suoz addurit. Cū enī ut ipse in libro de diuinis noibus attestat quidā nomen amoris in diuinis reprehēderēt dicentes nomē dilectionis nō amoris in diuinis ponendo volens ostēdere hoc nolle amoris p omnia vtendum in diuinis ait. Scribit aūt diuus Ignatius. Amor meus crucifixus est. ꝛHic cū traiam imperatoris iussu a militibus punctus fuisset romā perductus ut ecclesiastica docet hystoria cū idolis sacrificare noluisset precepit Traian⁹ primo plūbatis scapulis eius contūdi ꝛ vngulis latera laniari ꝛ duris lapidib⁹ eius vulnera cōfricari. deinde carbones vnos afferri ꝛ ipsuz sup illos nudis plantis ambulare cōpelli. Et iterum cū hoc fecisset illesus dorsū eius vngulis lamari eiusq3 plagas sale pfundi. ꝛ vltimo tradi duobus leonib⁹ pfocandus. Inter tot aūt genera tormētoz nūq3 ab inuocatiōe nois iesu xpi cessabat. Quem cuz torrores requirerent Cur h̄ nomen totiēs inuocaret. ait hoc nomen cordi meo inscriptuz habeo. et ideo ab eius inuocatione cessare nō valeo. ꝛPost morte eius quidā volentes curiosius experiri cor eius a corpore euellerēt. ꝛ illud scandentes per medū totū inscriptum hoc noie litteris quasi aureis inuenerūt. Et q̄ forte hoc apud plerosq3 incredibile videretur. Extat exemplū simile nro seculo manifestū. Inspexi ego pprijs oculis ꝛ manib⁹ cōtrectaui passionis xpi pmaginē in corde sancte clare de mōte falcone miraculose formatā. De illo q̄ppe cōpacta sūt non humano artificio sed diuino miraculo. crux claui lancea spongia colūna ꝛ flagella. Insup et in corde illo inuēti sunt tres lapides pauli ꝛ rotundi qui ut dicebāt si in statera ponā tur ꝛ ex parte altera pondus equale coaptetur sublato vno adhuc duo sunt ponderis eiusdē cuius ꝛ tres. sublatis duobus etiam vnus eēlis ē ponderis cuius erant oēs tres simul in quib⁹ insinuari videt trinitas personarū diuinarū ꝛ equalitas q̄a nō tres dij sed vnus est deus. Et qualis pater talis filius talis spūs scūs. Ad nomen iesu iā reducamus. De hoc inquit deuotus Bernardus. Ihū dulcis memoria dās vera cordis gaudia Sed sup mel ꝛ oia eius dulcis presentia Et iterum idē ait. Si scribas nō sapit mihi nisi legero ibi ihesū. Si disputes ac cōferas nō sapit mihi nisi insonuerit ibi ihs. Ad p dicationez huius nois vocatus fuit paulus de quo dixit xps Ananie. ut scribit actuz ix. ca. Vas electionis est mihi ut portet no-

UVA. BHSC. IyR_226

men meū cor̄ gentibus ⁊ regibus ⁊ princi
pibus ⁊re. De hoc dicebat ipse paul⁹ actu
xxj.ca. Ego in vltim nō solum alligari sed ⁊
mori paratus sū pro noīe eius. Et cū decol
latus est rome ⁊ caput ei⁹ a corpore exiluret
ibūs xp̄us qui sibi in vita sua tā dulcis extite
rat hebraice clara uoce insonuit. Dicit enī
q⁹ in suis epistolis ihm xp̄m quingentis vi
cibus nominauit. Tertiū considerandū
de gratioso noīe ihu dicit reuerentia. Est
huic nomini reuerentia exhibenda q̄a oēs
creature celi ⁊ terre angeli et demones licet
dispari modo uenerant illud. Vñ aplūs ad
philipenses ca.ij.ait. In noīe ihu omne ge
nu flectat celestiū terrestriū ⁊ infernorum
Exultant quidē ad huius noīs pclamatio
nē oēs angeli dei. terrent demones ⁊ tarta
ree legiones. Voīes uero q̄ credūt in ihesū
ut pāximus iubilantes illud laudant ⁊ bñ
dicunt. Nō est ergo nomē hoc blasfeman
dum. nō piurandū in illo. sed honorificen
tissime audiendū ⁊ nolandū. Et ut scribit
Ia. decet de imumita. eccle. li. vj°. Cōuenī
tes fideles in ecclesia nomen illud exhibitio
ne reuerentie specialis attollant flectant ge
nua mentis q⁹ in capitis inclinatione pro
testentur.

De multiplici effusione sanguinis xp̄i quo
peccatores inducuntur ut non desperent.
Capitulū tertiū.

Tertiū misteriū cōtēplandū de xp̄o cir
cūciso or̄ sāguinis effusio. hodie nāq;
sanguinē suū p nobis effundere cepit qui
postmodū pluries ipsum effundere voluit.
Quinq; etenī uicib⁹ xp̄s effudit sanguinez
Primo in circūcisione. Scdo i oīone. Ter
tio in flagellatōne. Quarto in crucifixione
Quinto in lateris apertione. Fecit autem
hoc ut peccatores attraheret p quibus taz
copiosissime satisfecit. Vñ Bernardus sup
cantica sermone xxij. ait. Ad cumulū pieta
tis tradidit in mortē aiam suā ⁊ de proprio
latere ꝓtulit pcuz satisfactionis. Vñ ad se
verticulū illum traxit Apud dñm miricor
dia ⁊ copiosa apud eū redemptio. Insuper
induxit nos ut q̄tū possumus eū tem⁹ pec
cata agnoscentes aīe nr̄e nobilitatem. Vel
dicere possumus q⁹ xp̄s suū effundere volu
it sanguinē. Primo ꝓpter patrū ⁊ iustorū
liberatōnē. Iuxta illud Zacharie ix.ca. Tu
quoq; in sanguine testamenti tui eduxisti
vinctos tuos de lacu in quo non erat aqua
Facit ad hoc exemplum qō legit in historia
scolastica. vbi narrat q⁹ salomon habebat
structionē habentē pullū quem salomon in
quadā cauea vitrea nutrire faciebat. Cum
uero pater pullū suū habere non posset ver
mem quendaz de deserto portauit de cuius
sanguine caueā ipsā liniuit. ⁊ continuo fra
cta fuit. ficq; pullum inde deduxit. Iste ver
mis est xp̄us qui dicit in ps. Ego sū vermis
⁊ nō homo. Vermis enī nō nascit ꝑ gene
rationē carnalē. sed de humore terre ⁊ tute
radi solus ꝓducit. Et sic vermis patrē ha
bet in celo. s. solē. ⁊ matrē habet in terra. s.
terre humorē. Sic etiā xp̄s habet in celo pa
trē sine matre. ⁊ in terra matrē sine patre.
Pullus inclusus in cauea erant sancti patres i
limbo detenti Sed uenit iste vermiculus ⁊
infernū cōfregit atq; sanctos patres inde li
berauit. Scdo xp̄s fudit sanguinem suum
ꝓpter debilū confortationē. Inquit enī
Grego. Si passio xp̄i ad memoriā reuocet
nihil est q⁹ non equo animo tollerat. Re
fert Aristoteles. q⁹ si fiat uas de cera noua
⁊ diligēter claudat ⁊ in mari ponat aqua
que p poros subintrabit dulcis efficietur.
Iste uas cereū est cor̄p⁹ dominicū. Sicut
enī cera generat ab apibus sine cōmixtiōe
sic caro xp̄i fuit generata a virgine sine cor
ruptione. Fuit aūt caro noua q̄a nulla pec
cati vetustate viciata. fuit etiā clausa quia
nulle diabolice temptationi fuit apta. pozi
eius sunt vulnera eius. Si igit nr̄as amari
tudines p recordationē ⁊ deuotionē in vul
nera eius miserimus mox in dulcedinē con
uertent. Ideo aplūs ad hebreos xij. ca. ait.
Recogitate eū q̄ talē sustinuit a peccatori
bus aduersus semetipsū cōtradictionez ut
non fatigemini animis vestris deficientes.
Tertio xp̄s sanguinē fudit ꝓpter cordium
cōpunctionē. Nam ut naturales tradunt
Adamas lapis nō frangit mallei pcussiōe
nec ignis adustione nec aliqua tēporis du
turnitate sed sola sanguinis hircini infusio
ne. Sic multi sunt q̄ p penitentiā non fran
guntur nec p diuinā cōminationē nec p spiri
tus sancti inr̄nā inspirationē nec p senectu
tem. Frangunt aūt p vnicī sanguinis me
ditationē atq; virtutē. Ideo ihu xp̄o grās

UVA. BHSC. IyR_226

oēs dicam⁹ q̄ sua liberalitate p̄cioso sāguine suo nos redemit. quē etiā humiliter oēp̄cemur ut p̄ducat nos in illā requiez in qua uuit ⁊ regnat per infinita secula seculoꝝ Amen.

Sermo nonus de p̄cipua singularissimaq; deuotione truū regū q̄ xp̄m quesierunt ⁊ inuentum humiliter adorarūt offerentes illi munera aurum thus ⁊ murrham.

MAgi ab oriēte uenerūt hierosolimā. Scribūt hec uerba originaliter Mathei ij. ca. ⁊ in euāgelio p̄sentis sollēnitatis Cōmendatur hodierna die sapientia trium regū oriētaliuꝝ qui mox ut xp̄m natū agnouerūt ipsum studio fissime querere fūt conati. Quesierūt q̄pe illum qui totius orbis cōditor ⁊ dñs erat ⁊ p̄ salute hominū dignatus ē de virgine nasci. ⁊ nec laborauerūt frustra q̄n adepti fūt q̄ volebant. Inuenerunt utiq; cū incredibili letitia quē diligebat aīa eorū. ⁊ prebet nanq; seipsū volentibus eū. nec ē q̄ se abscōdat a calore eius. Viderūt magi ipsum parvulū in p̄sepio pannis inuolutū. ⁊ Nos vero si voluerimus intuebimur gloriosā faciem ipsius regnātis in celo. Insup et aperte diuinitatē p̄spiciemus. Curram⁹ ad ipsū ad quē fide spe et charitate poterimus peruenire. His virtutibus muniti reges inclyti meruerunt ducatu noue stelle ad xp̄i dei et hominis p̄sentiā p̄perare. Cū ergo in hac solennitate celeberrima ecclesia sācta recolat istorū dnoꝝ ergā ihm xp̄m deuotionez ardentissimā. p̄cipuāq; ac singularissimaz affectionē. ⁊ Nos in hoc sermone sub titulo de ipsis magis dicem⁹. De quibus tria misteria erunt declaranda.

⁊ Primū dicit cognitionis
Scōm inquisitionis
Tertiū inuentionis

Cognouerūt xp̄m veraciter. Cognitū inq̄rerunt diligēter. Quesitū vero inuenerūt letanter.

Qualiter magi cognouerūt xp̄m natum ⁊ quomodo illuminati fuerunt ut crederent ipsum deum. Capitulū primum.

PRimū misteriū declarandum de ipsis magis dicit cognitio. Vbi q̄rit quō cū ipsi ut remotis agerent xp̄m natū cognoscere potuerūt Et ad hoc dico q⁹ tripliciter instructi fuerūt de xp̄i natiuitate iocunda

⁊ Primo p signū mirabile
Scōo p vocē audibilē
Tertio p grām inuisibilē

De stella que magis apparuit.

⁊ Primo illuminati fuerūt ut cognoscerent xp̄m natū p signū mirabile. q̄a viderūt oculis corporis stellā fulgentissimam ad hoc a deo productā ut significaret illis xp̄i natiuitatē. Sed de hac stella tres varie dicūt opiniones. ⁊ Prima est eoꝝ q̄ dicūt q⁹ fuit spūs scūs q̄ sicut apparuit in linguis igneis apl̄is ita ⁊ magis in signo stelle. Sed saluo meliori iudicio hoc stare non pōt. q̄n ut inquit Alexāder i primo volumine sūme. Missio visibilis spūs sancti est ad manifestationez plenitudinis redundantis qualis fuit i xp̄o ⁊ aliquo modo in apostolis. In xp̄o siq̄dez fuit influentia plenitudinis p modū cause. ⁊ p modū doctrine. per modū cause efficiētis quo ad naturā diuinā. ⁊ p modum cause meritorie quantū ad humanā. Et his duobus modis est influentia gr̄e in sacramētis p q̄ regenerant̄ hoīes. Influentia p modū doctrine fuit in xp̄o in p̄dicatione eius per quā accepimus noticiā veritatis. Ideo apparuit visibiliter spūs scūs supra xp̄m baptizatū in signo colūbe ⁊ supra ipsū trāsfiguratū in signo lucidissime nubis. In apostolis etiā fuit plenitudo gratie spūs sancti descendens a plenitudine xp̄i p modū doctrine ⁊ p modū ministerij. ⁊ Nā de plenitudine veritatis xp̄i accepimus et doctrina apl̄orū Et de plenitudine gr̄e p ministeriū ipsoꝝ in dispensatione sacramentoꝝ. Ideo quā do data fuit auctoritas generalis apostolis predicandi ⁊ baptizandi. datus est visibiliter spūs sanctus. Nō vero tribus magis declarata fuit natiuitas xp̄i. nō fuit ipsis data auctoritas generalis predicandi uel baptizandi. Ideo nec spūs scūs illis missus est in visibili signo. Scōa opinio est aliorū q̄ dicūt q⁹ stella illa fuit angelus q̄ in illa specie apparuit magis. sicut apparuit pastoribus in assumpto corpore. Sed doctores cōtrariꝝ sentire uidentur. Nā Aug⁹ in sermone de

UVA. BHSC. IyR_226

epiphia inquit. ¶Pastoribus angeli. magis stella xpm demonstrat. vtrisq; lingua celo rũ quia lingua iá cessauerat pphetarũ. Et Grego. in omelia. Querendũ nobis est q̃d nã sit q̃ redemptore nato pastoribus in iudea angelus apparuit. atq; ad adorandum hũc ab oriente magos nõ angel⁹ sed stella perduxit. Quia videlicet iudeis tanq; ratione vtentibus. rationale aial. i. angelus predicare debuit. Gentiles vero q̃ vti ratione nesciebant ad cognoscendũ deũ nõ p voces sed p signa ꝓducunt. Tertia opinio est mathematicorũ q̃ dicunt q̃ illa fuit stella fatalis sub cuius constellatione natus est xpus. Sed hoc est cõtra veritatẽ fidei ⁊ dignitatẽ xpi nascentis. Vñ Aug⁹ contra fcũstũ ait ¶Nulli astrologi constituerũt ita nascentiũ hominũ fata in stellis ut aliquã stellarũ homine aliquo nato curs⁹ sui ordinẽ reliq̃sse. ⁊ ad eũ qui natus ẽ prexisse assererent Et q̃ verius dicimus scõm oẽs catholicos tractatores ut dicit glosa sup matheũ. ⁊ Tho. iij⁸ parte. q. xxxvj. q̃ illa fuit vera stella õ nouo ꝓducta q̃ ab alijs differebat i multis. ¶Primo in origine. q̃a nõ fuit cũ alijs stellis die quarta formata. dr̃ enĩ genesis p⁹ ca. q̃ ar̃ta die fuerũt a deo distincta luminaria celi. Et ut inq̃t Tho. p⁸ pte. q. lxx. prima die fuit ꝓducta lux scõm cõmunẽ lucis naturaz. quarta vero die attributa est luminaribus determinata virt⁹ ad determinatos effect⁹ scõm q̃ videmus alios effectus habere radiũ solis ⁊ alios radiũ lune ⁊ sic de alijs. Et ꝓpter hanc determinationẽ virtutis dicit dionysius iij. ca. de diuinis noib⁹. q̃ lumẽ solis qõ erat informe primo quarta die formatus est. Stella vero que magis apparuit scõm ffranciscũ de marrone in quodã sermone. non fuit quarta die formata. sed de nouo de aliqua porciuncula illius lucis primo create de qua formata fũt alia corpa celestia. que porciũcula fuit diuina ꝓuidẽtia preseruata vt de ipsa formaret illa stella tẽpore quo xp̃s nasciturus erat q̃ esset de natura aliarũ stellarũ. Ad cõfirmationẽ aũt dictor̃ afferamus testimonia merito accepta. Inquit leo papa in sermone de epiphania. Tribus magis in regione orientis stella noue claritatis apparuit q̃ illustrior ceteris pulchriorq; sideribus facile in se intuentiũ oculos animosq; cõuerteret. Et Augustinus õ fausti ait ¶Nõ ex illis erat stellis que ab initio creature ituerũ suorũz ordinem creatoris lege custodiãt. sed nouo ẽrginis partu nouũ sidus apparuit. Et idem in sermone de ephia dicit. dũ pẽdet ad vbera ⁊ viliũ patit deus inuolumenta panniorũz repente nouũ de celo sidus effulsit. Secũdo differebat illa stella ab alijs in officio. quia ille facte sunt ut sint in signa ⁊ tpa ⁊ dies et annos ⁊ luceant in firmamento celi hec vero facta est ad significandũ xpm natũ ⁊ magos dirigendũ. Ex quo damnant illi q̃ asserũt fuisse cometã. Contra quos ita loq̃tur Calcidius sup thimeũ platonis. ¶Nõ fuit stella illa morbos ⁊ mortẽ denũcias. sed aduentũ dei venerabilis. quaz cũ suspexissent chaldeorũ ꝓfecto viri sapientes ⁊ in rebus astrorũ exercitati quesisse dicũt recentẽ ortum dei Tertio differebat in duratione q̃a alie stelle sunt perpetue. hec peracto officio redyt in preiacentẽ materiã. licet q̃dam teneant illaz forẽ reseruataz in celo empyreo vsq; in diẽ iudicij. ⁊ tũc apparebit ad cõfusionẽ iudeorũ sicut ⁊ instrumenta passionis Quarto stella illa differebat ab alijs situ. quia non erat localiter sita in firmamento sed pendebat in meditullio aeris proxima terre. Et licet dictũ sit superius q̃ apparuit in celo. in scriptura tñ sacra aer dicit celuz. Vnde in ps. volucres celi ⁊ pisces maris. Quinto differebat in motu. tũ quia stelle naturales incedũt via circulari hec aũt ẽm Crisostomũ incedebat via triãgulari. s. ab oriente p̃ persidẽ in urbem. ¶Nã oriens erat iuda ⁊ persida inuicẽ sũt disposita scõm triangulum. verbi gratia vide figuram



Tum etiã differebat quãtũ ad motũ intercisum. nã oẽs alie stelle vel per accidens vel per se semp mouent ⁊ nunq; stant Et licet sint aliqui planete stationarij aliqñ cessantes a motu per se quem habent in orbe suo tñ mouentur ꝓtinue ⁊ semp motu per acci

UVA. BHSC. IyR_226

dens quē habent ex motu non suo qō ē firmamētū seu octaua spera. hec aūt stella habebat motū quietibus intercisū sicut habebant magi q̄ nō semp ambulabant. Sexto illa stella differebat ab alijs in fulgore. erat enī ceteris splendidior. nec splendorem ei⁹ poterat obscurare splendor solis ymmo in meridie apparebat lucidissima. Septimo differebat in apparitione. nā qñ magi intrarunt in irlm dispensatione dei stella subtraxit se. Et iterū post exitū de ciuitate videbat illā. Factū est aūt hoc. primo ut magi cōfirmarent de veritate xp̄i nati testimonio duplicato. s. stelle ⁊ doctorū legis. Vñ leo papa in sermone ita dicit. per iudeorum scribas atq; doctores qō sacra ō ortu xp̄i p̄nunciauerat scriptura didicerunt vt gemino testimonio cōfirmati ardentiori fide exp̄eterent q̄ ⁊ stelle claritas ⁊ pphetie manifestabat auctoritas. Scō subtraxit se stella ut iudei inexcusabiles redderent. Vnde Nicer⁹ sup matheū ait. Deseruntur magi stelle indicio ut sacerdotes a magis interrogati de xp̄o inexcusabiles fierent de aduētu eius. Diximus de illius stelle qualitate que magis apparuit ⁊ xp̄m natum monstrauit Sed quomō in quies hoc ipsi potuerunt intelligere. Ideo nos p̄misimus q̄ ipsi illuminati fuerūt ut cognoscerent xp̄m natum per vocē audibilem. nec hoc repugnat sententie Gregor⁹. q̄ dixit paulo ante. q̄ gentiles nō p vocē sed per signa ad cognoscēdum dñm sunt p̄ducti. Quia verū dixi q̄ztū ad initiū cognitionis. Apparuit quidē eis primo signū stelle quā cū admiratione aspiciētes considerabant intelligere q̄d hoc esset. Et vt vigilantibus vel dormientibus angel⁹ misterū xp̄i nati declarauit. Hoc videt opinando Aug⁹ asserere Vñ in sermone de ephia ait. Si dicturus es a quibus audierūt q̄ talis stella xp̄m natū significaret. profecto ab angelis aliq̄ monitione reuelationis. Crisostomus vero sup matheū narrat se inuenisse in quibusdā libris licet apocriphis. q̄ in partibus orientis erant q̄dā sapientissimi reges q̄ vel descenderāt de stirpe Balaā vel ad eos ei⁹ pphetia puenerat in qua dixit. Orietur stella ex iacob ex qua diuulgatus fuit apud eos. q̄ nascente xp̄o stella quedaz admiraz bilis ⁊ insolita appareret. quare statuerūt ut eligerent duodecim q̄ sollicite cō siderarent ortū illius stelle. Quod ut melius facerent i quodaz altissimo mōte ubi semp erat aer purissimus construi fecerūt pulcerrimū palacū cuz copia rerū necessariarum ad victū. Et ibi permanebant isti deuote p̄cantes deū ut stellam hanc ipsis ostenderet. Quibus orantibus nocte media qñ natus est xp̄s apparuit supra eos in aere stella p̄fulgida ⁊ pulcherrima. in cuius sūmitate erat ymago pueri paruuli sup cuius capite crux splendebat q̄ illis dixit. Ite velocius i terrā iuda ⁊ ibi regē xp̄m deū ⁊ hoiem natū inuenietis. Narrauerūt vero ista sapientib⁹ regionis illius q̄ de seipsis tres elegerūt q̄ irēt ⁊ munera p̄ciosa deferrent ⁊ puerū natuz adorarent. Tertio illuminati fuerunt hi reges ut xp̄m natū cognoscerent per gratiā inuisibilez. Vnde leo papa in sermone ait. p̄ter illā speciē stelle q̄ corporeus excitauit aspectū fulgentior veritatis radius eor cor da perdocuit. Sicut enim pphete in visione p̄maginaria illustrabant intrinsec⁹ ut intelligerent dei secreta ventura. Ita potuit esse ut aspiciētes magi signū visibilis stelle illuminarent adeo ut cognoscerēt q̄ natus erat xp̄s.

Quare tres illi reges dicūt magi. ⁊ quo tē pore venerūt ad xp̄m. ⁊ qñ turbatus ē hero des. Cap̄. scōm.

Secundū misteriū declaranduz de magis dicatur inquisitio. Inquisierunt xp̄m natū diligenter vt patet in littera sācti euangelij. vbi nos tres considerationes faciemus.

Prima dicit nominationis
Scōa determinationis
Tertia turbationis

Prima cōsideratio dr̄ nominationis in q̄ videndū est cur isti reges nuncupāt magi. Et de hoc stat triplex sententia scōm q̄ magus tripliciter dr̄. nā magus dicit illusor maleficus ⁊ sapiēs. Dicūt ergo quidaz hos reges ab effectu dictos fuisse magos. i. illusores ex eo. s. q̄ herodē illuserūt. q̄a ad eum nō redierūt. Magus iterū dicit maleficus vnde malefici pharaonis dicunt magi. Et inde asserūt aliqui hos magos vocatos q̄a fuerant ante malefici sed postea conuersi. q̄ bus dñs voluit natiuitatez suam reuelare.

UVA. BHSC. IyR_226

7 eos ad se adducere. ut p hoc peccatoribus exhiberet fiduciā. Insup magus idē est qđ sapiens. Nā per se magus hebraice scriba. Grece philosophus. Latine sapiens dicit. Dicuntur ergo magi. i. sapientes. Ñ magi quasi in sapientia magni. Nomina vero ppria istorū scōm aliquos in hebreo sunt Appellius. Amceus. Damascus. In greco autē Galgalath. Malgalat. Sarachim. In latino. Caspar. Baldasar. Melchion. Scōa consideratio dr determinationis. in qua querendū est quo tpe isti venerunt ad xp̄m. Et circa hoc varia est opinio multor. Quidā enim opinati sūt q per biennū ante xp̄i nativitatē apparuit stella 7 tūc mirabātur magi quid esset. Xp̄o aūt nato revelatus est magis p angelos q stella significabat xp̄m natū. Et tūc inceperūt venire 7 in tredecim diebus venerūt 7 puerū adorave runt. Alii vero existimaverūt q multo tēpore ante xp̄i nativitatē stella magis apparuit. Et tūc ceperūt venire 7 ppter nimiā distantiā posuerūt totū illud annū ad itinerandū. In tredecima vero die alteri⁹ anni cū xp̄s adhuc erat i cunabulis applicuerūt ad ipsū. Nōnulli insup tenent q in die nativitatis apparuit stella. Et tunc magi inceperunt venire. Et post annū xxj. die secūdi anni quenerunt ad xp̄m Sed cōmunis opinio habet q in nativitate dñi primo stella magis apparuit. Et tūc ceperūt iter suum et xxj. die properarūt ad xp̄m. Et si diceretur quō tam breui spacio potuerūt longissima itinera pertransire. Ñndet Remigius. q puer ad quē pperabant eos in tam paruo tēpore p ducere potuit Vel habuerūt dromedarios q sūt aialia velocissima 7 tm̄ currūt in vno die q̄stū equus in trib⁹. nec impossibile videri debet aut difficile satis si velocitatē venientū regū ascribimus aut naturali virtuti animaliū pdictorū. aut qō mai⁹ est virtuti diuine. Cū Solinus veracissime scribat in libro de mirabilibus mundi. Q Anisthenacon 7 filonidos Alexādri magni cursores mille ducenta stadia vna die trāsierunt q̄ sunt miliaria centū quinquaginta qm̄ stadium ē octava pars miliaris. Inquit enim Plinius li. p⁹. ō näli historia ca. xxij. Stadium vigintiquinq; nr̄os efficit passus. Vel sit reges pnominati de pgenie Balaam fuere. Regio eorū nō multū distabat a Era pmissionis Idcirco potuerūt iter suū tam expedite pficere. Et q dicit illos ab oriēte venisse intelligi potest q̄si ab illa regione venerūt q iudeis in parte orientali ē ppinqua venerūt itaq; hierosolimam q̄a erat ciuitas sacerdotalis 7 regia 7 ad illā direxit eos stella quā sequebant. Tertia cōsideratio dr turbationis. Cū eni quererēt magi de xp̄o nato atq; enarrarent q viderant. audiens rex herodes turbat⁹ ē. Primo ne ipse tāq; alienigena pelleret a regno. Ñ Crisostomus sup matheū ait. Ideo turbat audiēs regē natū iudeis ex genere iudeorū. cuius ipse esset genere pdume⁹ ne regno revoluto iterum ad iudeos. ipse a iudeis expelleret 7 semen ei⁹ post ipsū p̄cideret a regno. Semp enim grandis potestas maiori timori subiecta ē. Sicut eni ramos arborū in excelso positarū etiā si leuis aura flauerit mouet. sic 7 sublimes hoies etiā leuis nunci⁹ cōturbat. Humiles aūt sicut in cōualle plerūq; i trāquillitate consistūt. Hinc Ouidius libro de tristib⁹ ait. Viue tibi 7 longe noia magna fuge. Viue tibi q̄cunq; potes pre lustria vita. Effigit hibernas demissa antēna pcellas. Lataq; pl⁹ paruis vela timoris habēt. Ad qō propositū Seneca i tragedijs dicit. Stet quicunq; volet potēs. Alule culmine lubrico me dulcis saturet quies. Ecce q herodes ex verbis magorū turbauit seipsū dubitans amittere regnū cui sic loquitur etiā in hymno. Hostis herodes impie xp̄m venire quid times nō arripit mortalia qui regna dat celestia. Scōo turbatus ē herodes vt dicit glosa nō solū ppter se sed etiā ppē iram romanorū quaz timebat incurrere si dissimulasset aut p̄misisset q aliquis rex vocaretur sine illorū consensu. Et ois hierosoluma turbata est cū herode. i. oēs hierosolomitane 7 ponit cōtinens p cōtento. Turbati sūt ergo illi de urbe. tū ut regi turbato adularent scōm glosā. tū q̄a ex hoc timuerūt ne presente 7 venturo rege adinuicē certantibus ipsi ut dicit Crisosto⁹. p turbationibus inuoluerent. Tunc herodes omnes sacerdotes 7 scribas cōgregans scisciabat ab eis vbi xp̄s nasceret. Et cū didicisset q in bethleem iude aduocatis ad se clam magis diligenter didicit ab eis tempus stelle.

UVA. BHSC. IyR_226

dixitq3 eis ut inuento puero ad eu3 rediret simulás eu3 velle adorare quẽ volebat occidere. Mñ Crisosto9 sup matheũ inqt. Deuotionẽ promittebat sed gladiũ acuebat ⁊ maliciam sui cordis humilitatis colore depingebat. Et Grego9. in omelia. Adorare se eũ velle simulat ut quasi hunc si inuenire possit extinguat.

Qualiter magi inuentũ xp̃m adorarunt ⁊ de muneribus oblatis xp̃o ⁊ de illo3 reũsione. Cap. tertiũ.

Tertiũ misteriũ declarandu3 de magis dicit inuentio. Quesitũ quippe xp̃m inuenerunt letanter. Audito enī testimonio de xp̃o nato de scripturis accepto ⁊ verbis herodis de inquisitõne pueri. iter qđ ce perant pficere studuerũt. Et exeuntes ur̃m iterũ viderũt stellã eos antecedentẽ q̃ veniens stetit immobilis supza locum ubi puer erat. Et intrantes domũ inuenerũt puerũ cũ maria matre eius. Hic ẏo cõsideranda occurrunt pzincipaliter tria.

Primũ dicit adoratio
Scõm oblatio
Tertiũ reuersio

Primũ qđ occurrit considerandũ dicitur adoratio qa procidentes adorauerunt eu3 adoratione. i. latrie firmiter ipsũ credentes esse deũ. Mñ leo papa in sermone ait. Adorant magi in carne verbũ. in infantia sapientiã. in infirmitate virtutẽ. in hois veritate thronũ maiestatis. Et Bernardus deuotissime sic exclamat. Quid facitis q̃ auru3 offertis ergo rex est iste. Et vbi ẽ aula regia vbi thronus. vbi curie regalis frequentia. Nuq̃d aula est stabulũ. thronus pscepiu3 curie frequentia ioseph ⁊ maria. Isti insipientes facti sunt ut fierent sapientes. Scõm qđ occurrit cõsiderãdũ dicit oblatio. Aptis enī thesauris suis obtulerũt ei munera aurũ thus ⁊ murrhã. Nã ut Remigius inquit. Si fuit traditio antiquoru3 ut null9 ad deũ ul' ad regẽ vacuus introiret. Persi aũt ⁊ chaldei cõsueuerũt offerre aurum thus ⁊ myrrham quibus regio eorum habundat Utrũ aũt oẽs illi tres obtulerũt oia ista. di uersimode tenet a multis. Quidã enī dicunt q̃ vnus eorũ p̃ omnibus obtulit ista munera. Alij ẏo q̃ vn9 obtulit aurũ. alj9 thus. alius myrrhã. Alijs videt ⁊ melius q̃ quilibet eorũ obtulit ista tria. Est autẽ talũ muneru3 oblationis rõ mistica scõm Augustinũ in sermone de epha. qa auru3 ad tributũ. thus ad sacrificiũ myrrha ad sepultura pertinet mortuorũ. Aurum ergo soluitur quasi regi magno. thus imolat vero deo. ⁊ myrrha tanq̃ pro salute hominis morituro. ita q̃ tria predicta significabant in xp̃o regiã potestatẽ. diuinã maiestatem. ⁊ humanã mortalitatẽ. Quis modo explicet quali gestu q̃ blanda facie infatul9 ille iesus magos excipiebat Quis etiã excogitare valeat q̃ grauissima ⁊ admiranda fuerũt ad magos responsa modestissime virginis. Quis adhuc inuestigare sufficiat illoru3 regum immobilẽ fidẽ. Crediderũt ut pdictũ est ⁊ adorauerũt xp̃m deũ quez cõspiciebãt in paruo tugurio natũ de paupcula matre Inuenerũt quippe illã ut Crisostomus dicit sup matheũ. nõ diademate coronatam nõ in lecto aureo recũbentẽ. sed vir tunicã habentẽ vnã nõ ad ornatũ corporis. sed ad nuditatis tegumẽtũ qualẽ habere poterat carpentarij vxor peregre cõstituta. Tertiũ qđ occurrit considerandum dicit reuersio Nam vt dr̃ in euangelio Responso accepto in somnis ne redirent ad herodẽ p aliaz viã reuersi sunt in regionẽ suã. Cõceperat quippe ambicios9 ⁊ fallax herodes interficere puerũ inuẽtu3 a magis ⁊ insuper ipsos de xp̃o loquentes. Quo factũ ẽ ut benignitas dei monuerit eos ne ad herodẽ redirẽt. ne sic agnoscer̃et natũ pueru3 nec magis inferret iacturaz. In somnis vero admoniti esse dicunt vel ab angelo denũcio. vel ab ipso deo immediate. Nec infantulus ihes9 ad ipsos locutus ẽ vt vera eius humanitas haberetur. Mira certe ⁊ laudibus attollenda fuit ista xp̃o mago xp̃ fides. qm̃ ut Crisosto. ait. nõ scandalizati sunt in scipsis dicentes. Si magnus puer est hic q̃ necessitas fuge ẽ ⁊ occulte recessionis. Cuz vero redierũt ad propria multos de xp̃i misteriis erudierũt. Et denicq3 cũ thomas apl's ad puintiam illã apl'icuisset baptizati sunt. factiq3 sunt aditores predicationis illius. quoz corpora post felicẽ mortẽ primo per helenã cõstantini matrẽ reperta ⁊ in constantinopolim translata. Postea per sanctũ Eustorgium mediolanensium archiep̃m Mediolanum

UVA. BHSC. IyR_226

perducta. Ultimo p̄ Fredericū Imperatorem in Coloniam theothome sunt delata Anime vero simul cuꝫ xp̄o viuūt in eterna gl̄oria. Amen.

Sermo decimus de baptismo xp̄i quando s. in iordane voluit a iohanne baptizari.

VEnit ihesꝰ a galilea in iordanē ad iohannē vt baptizaret ab eo. Scribunt hec v̄ba mathei iij. caº. Omnia q̄ gessit saluatoꝛ nr̄ dñs ihesus xp̄s etiā sc̄os homines digne ⁊ rationabiliter facta fuisse firmiter est tenendū In singulis enī actibus ⁊ operib⁹ eius aderat ei imperiū rationis ⁊ lumen diuinitatis. Nihil in eo reprehensibile inueniri potuit cuncta rectissime disponebat. Cū aūt ad iohānē accessit popolcitq̄ baptizari. officiuꝫ vtiq̄ sanctimonie ⁊ virtutis exoluit. nō se aut leuē aut peccatoꝛē ostēdit Propterea ut hoc clarius innotescat in p̄senti sermone de xp̄o baptizato verba faciemus cōtemplabimurq̄ tria misteria.

Primū dr̄ psone baptizantis
Scōm circūstantie congruentis
Tertiū apparitionis excellentis
Qualiter xp̄s baptizatus fuit a iohanne ⁊ de illius baptismi conditionibus.

Capitulū primū.

PRimū misterū contemplandū ō xp̄o baptizato dr̄ psone baptizantis. Baptizari nanq̄ voluit a iohāne vt patet etiaꝫ Marci pº ca. ⁊ luce iij. ca. De baptismo v̄o iohannis notande sūt in hac parte tres catholice veritates. Prima veritas fm Ricardū in iij. q. baptismus ille fuit institutꝰ auctoritate diuina. Hoc p̄batur per illud q̄d a iohāne baptista dictuꝫ est iohis pº ca. Qui misit me baptizare in aqua ille mihi dixit. Sup quē videris spūm descendentē ⁊ manentē sup eū ipse est qui baptizat i spiritu sc̄o. Idipsū patet quia Math. xxj. xp̄o querenti de baptismo iohis utrum esset ex celo an ex hominibus. iudei nō fuerūt ausi dicere q̄ ex hoibus. Et dr̄ ille baptismus iohannis eo q̄ ipse solus fuit minister prime institutiōis ⁊ executionis illiꝰ baptismi Scōa veritas q̄ si extendamus nomen sacramenti ad omne signū rei sacrantis suscipientē. sic baptismus iohānis erat sacramētū quia exp̄resse repsentabat xp̄i baptismū. qui est res suscipientē sacrās. Si aūt restringamus nomen sacramenti ad illud quod ē sacre rei signū ⁊ causa sic nō erat sacramentū quia nō cōferebat gratiā. Un̄ dicit dñs Bonauen. di. iij. quarti libri. Qꝰ talis baptismus fuit institutus p̄ quadā p̄paratiōe ⁊ assuefactione ad baptismū xp̄i. Hunc ē q̄ in glosa mathei iij. caº. sup illo verbo. Ego baptizo in aqua. dr̄ sic. Un̄ corpa lauo q̄a peccā soluere neq̄o. vt sic ē nascēdo ⁊ p̄dicādo ptereo sic baptizando ad xp̄i baptismū dirigam. Propterea dicit mgr̄ senten. in lr̄a q̄ baptism⁹ iohis respectu baptismi xp̄i debꝫ dici fuisse sacramentale q̄a fuit q̄dā p̄paratio ⁊ dispositio ad illius baptismi susceptionez. Tertia veritas q̄ baptizati baptismo iohis simpliciter iterū debuerūt rebaptizari baptismo xp̄i. Sicut pꝫ p̄ Augusti. sup iohannem. ⁊ ponit de conse. di. iij. ca. aliud. vbi dr̄. Si q̄s baptizauit iudas. hi non sūt iterū baptizati. Et quos baptizauit iohannes iterū sunt baptizati. Idē dicit Aug⁹ li. vno de baptismo cōtra donatistas. Et hoc exp̄resse habetur actuū ix. ca. q̄n baptizatos baptismo iohānis paulus baptizauit baptismo xp̄i. Notandū tn̄ fm Bonauenturā q̄ quorundā opinio fuit q̄ baptizati baptismo iohānis si nō habebāt fidē trinitatis rebaptizandi erant. Si aūt habebant fidē trinitat⁊ nō oportebat eos rebaptizari sed sufficiebat manus imponi quia tales habebant ablutionē exteriorē ⁊ habebant fidez trinitatis qua interius insignieb̄ant tāq̄ caracter. ⁊ habebāt spūm sanctū p̄ impositionē manuū ⁊ ideo nō erant rebaptizādi. Scotꝰ vero in iijª. di. sui quarti dicit. q̄ dupliciter p̄t intelligi baptism⁹ iohis. Uno modo in forma baptismi xp̄i quā potuit dicisse a discipulis xp̄i vel ab aliis audientibus eos baptizare. ⁊ tunc nō dr̄ p̄prie baptismus iohannis sicut nec baptismus petri vel pauli. Et tales sic baptizati nō erant rebaptizandi. Alio mō potest intelligi baptismus iohānis nō in forma xp̄i sed in aliqua alia forma p̄pria. s. in noie venturi. vt dr̄ actuū xix. ca. vel absq̄ aliqua forma. Et

UVA. BHSC. IyR_226

de sic baptizatis satis videt necessarium q erat baptizandi baptismo xpi ppt pceptu generale obligans oes. quos nō implebāt sic baptizatia iohāne. Ideo i hoc passu nō tenet a doctoribus opinio mgri ōrū sentientis.

De triplici circūstantia xpi baptizati. s. cause. temporis. 7 loci. Lap. scōm.

cetur gloria corporū beatorū. Ad primum dubium rñdet Alexander in iij. volumine sūme Q; claritas illa fuit i corpore xp̄i tā q̄z in subiecto nō tñ in aere circūstāte. Unqt enim lucas ix. ca. Facta est dū oraret species eius altera. i. alterata vt dicit glosa. qō non potest esse nisi fieret immutatio circa ipsaz. Aliter tñ erat claritas in veste. 7 aliť in corpore. qa in corpe erat ab exteriori ut dicet. 7 ita ut in subiecto. sed in veste ab exteriori. a supfuso splēdore faciei. Ratio aūt quare claritas fuit in corpe sicut in subiecto nō in veste. qa vestis nō erat glorificabilis. sed bene erat glorificabile corpus. 7 ppter hoc ad ostendendā gloriā q̄ erit in futura resurrectione q̄ erit in corpore sicut in subiecto. sic debuit esse claritas illa in transfiguratione. Ad scōm dubiū rñdet scūs Tho. iij. pte q. xlv. Q; claritas illa quā xp̄s assumpsit in transfiguratione fuit claritas glorie q̄z tuz ad essentiā. non tñ q̄z tū ad modum essendi. Claritas enim corporis glorioſi derivat ab anime claritate. vt Aug⁹ dicit in epistola ad dyoscorum. Similiter claritas corpis xp̄i in transfiguratione derivata ē a diuinitate ipsius vt Damascenus dicit. 7 a gloria anime eius. Q; enī a principio cōceptionis gloria anime nō redundaret ad corpus ex q̄dā dispensatione diuina factuz est. vt in corpe passibili nře redēptionis expleret misteria. Nō tñ per hoc adempta ē ptās xp̄o deriuā di gloriā anime ad corpus. Et hoc idē fecit q̄z tū ad claritatē in transfiguratōne. sāliter tñ q̄z in corpe glorificato. Nā ad corp⁹ glorificatū redūdat claritas ab aia sicut q̄dam qualitas permanens corpus afficiens. Nñ fulgere corporaliter nō ē miraculosū in corpore glorioſo. Sed ad corpus xp̄i in transfiguratōne derivata est claritas a diuinitate 7 aīa eius. nō p modū qualitatis immanētis 7 afficientis ipsū corp⁹. sed magis p modū passionis transeuntis sicut cū aer illuminat a sole. Nñ ille fulgor tunc in corpe xp̄i apparens miraculosus fuit sicut 7 hoc ipsū q̄ ambulauit sup undas maris. Et q̄ nō tenetur opinio hugonis de scō victore q̄ dixit Q; xp̄s assumpsit dotes claritatis in transfiguratione. agilitatis ambulādo sup mare. Subtilitatis egrediendo ō clauso virginis vtero. quia dos nominat quandā qualitatem immanentē corpori glorioſo. sed miraculose habuit ea q̄ pertinent ad dotes. Et ē simile q̄z tū ad aiam de visione qua paulus vidit deuz in raptu. Illa ergo claritas fuit claritas glorie modo dicto. sed nō corporis glorioſi. Ideo inqt Beda sup xvij. ca. Mathei. In corpe mortali ostendit nō immortalitatē sed claritatē similez future immortalitati. Sed ppter dicta querunt nōnulli An solū xp̄i corpus fuit trāsfigurabile. naz scribit ō moyse Exodi xxxiij. ca. q; apparuit facies eius cornuta ex cōsortio sermonis dñi ex maximo splendore. Et scōe ad corinthios iij. ca. vlt. q; nō poterant filij isrl intēdere in faciē moysi ppter gloriā vultus ei⁹ Insup de btā v̄gine dicit glosa sup illo verbo math. p⁹ ca. Nō cognoscebat eaz donec quia ioseph mariā facie ad faciez videre nō poterat. Quare videtur q; corpus moysi 7 virginis fuit transfiguratuz. Ad hoc dicit Alexander in iij. vbi supra. Q; aliter fuit similitudo glorie in facie moysi. in beata v̄gine 7 in corpe xp̄i Jn facie nāq; moysi 7 beate virginis fuit similitudo claritatis q̄ erat alterius generis simpliciter q̄z claritas glorie. Sed i corpore xp̄i fuit claritas que erat eiusdē generis cum claritate glorie. 7 si non simpliciter tñ scōm partē. Et hoc est qa radius claritatis in facie moysi fuit a psortio dei quē habebat spūaliter in mente. Similiter radius claritatis in facie virginis erat ex consortio dei quē nō solū habebat spūaliter in mente. sed etiā corporaliter i ventre Sed in corpe xp̄i fuit claritas ex vnione cuz diuinitate et aīa in parte superiori btā. Et ppter hoc nulla alia ostensio claritatis debuit dici transfiguratio sicut ista. qa solum illa q̄ est in expressa similitudine ad gloriaz debet dici transfiguratio. Et si ad hoc diceretur q; claritas moysi fuit maior claritate xp̄i eo q; nō poterat percipi nisi velaret. ergo magis fuit ostēsiua claritatis glorie. Respondet Alexander. Q; non fuit copiosior claritas glorie moysi q̄z claritas corpis xp̄i. Nā q; claritas faciei moysi nō posset videri. fiebat non quia maior esse sed qa ostendebat 7 disgregabat visū. Sicut etiaz videmus de claritate solis q̄ ppter hoc non potest videri. Sed claritas apparens in facie xp̄i erat delectans visuz 7 confortans. sicut

UVA. BHSC. IyR_226

claritas glorie q̄ ꝓfortat ⁊ corroborat visū
Vñ apocalipſ xxj.ca. Claritas ciuitatis ſu
per̄ne cōparat iaſpidi cui⁹ claritas demul
cet ⁊ delectat aſpectū. Sed his obici poteſt
q̄a dr̄ q claritas corpis xp̄i fuit ſimilis clari
tati ſolis q̄ uideri nō p̄ot. ergo nec ita uide
ri potuit claritas corporis xp̄i. Rñdemus
q claritas corporis xp̄i dr̄ ſimilis claritati
ſolis. q̄a ſol excedit in lumine oēs planetas
Tñ gloſa dicit Math. xvij. ca. Reſpleduit
facies eius ſicut ſol plus certe q̄z ſol ſed non
habuit exemplum maius cui cōpararet. Si
vero aliq̄s q̄reret cur nō cōparata fuit cla
ritas illa claritati Iaſpidis ſicut ſolis. Di
cimus q licet claritas iaſpidis ſit delectabi
lis nō tñ ita eſt oibus nota ſicut claritas ſo
lis. Ad tertiū iā dubiū eſt deuenendū an
ſ. per claritatē ꝓuenient ſignificetur gloria
corporū beatorū. Et videt q nō. Nam cla
ritas nō ſolū ē corporū glorificator ꝓmo ⁊
cōmunis aliorū corporū. Cōuenientior aūt
eſt oſtēſio facta p ꝓprietates proprias ſicut
p agilitatē impaſſibilitatē ⁊ ſubtilitatez q̄z
p cōmunes. Ad hoc ita pulcre dicit Alexā
der. q cuz ſint quatuor ꝓpietates ſm quas
oſtenditr̄ glorificatio corporū ipſa claritas
eſt principalis ad quā cōſequūt cetere. Na
turā enim lucis cōſequit ſubtilitas. vñ lux
p naturā habet ſubtilitatē ad penetrandū
corpa maxime corpora tranſparentia ſicut
pz in lapide criſtallino q̄ penetratur a luce.
Similiter ad ipſā cōſequit agilitas. vñ mo
tus vel mutatio eius fit quaſi ſubito. Simi
liter ad ipſā cōſequit impaſſibilitas. vnde
etiā nullū inquinamentum patit ab aliis.
Quia ergo claritas p̄ſupponit oēs alias ꝓ
prietates q̄ ſūt corporū glorificatorū ⁊ nul
la illarū ponit oēs alias. Ideo cōueniente
r fit oſtenſio glorificatōnis corporū p claritā
tem. Ideirco dñs in euangelio Math. xvij.
ca. ſignificans gloriā reſurrectōnis nō mul
tiplicat verba. ſed perfecte integre ⁊ totaliter
ſignificat per claritatē cū dicit. Iuſti fulge
bunt ſicut ſol in regno patris eorum.

De apparitione moyſi ⁊ helie q̄ cū xp̄o reue
renter loq̄bant exhibēdo illi tanq̄z deo
reuerentiam ⁊ honorē. Cap. ſcōm.

Ecūda ſublimis ⁊ excelſa dignitas dñi
ihu xp̄i aplis demonſtrata. dr̄ ſuperio
ritatis. Quia eni ut ait Criſoſto⁹. Alij di
cebant eū eſſe heliā. Alij Jeremiā aut vnū
ex .pphetis. ideo capita .pphetarū induxit
vt differentia appareat inter ſeruos ⁊ dñm
oſtendendo q nō erat helias neq̄z moyſes.
ſed illis ſuperior ꝓmo ⁊ dñm ſe angelorū et
hominū manifeſtaret. Ecce inq̄t Mathe⁹
apparuit illis moyſes ⁊ helias cū eo loquen
tes. Pro clariore vero huius partis intelli
gentia tria ſūt hic dubia declaranda.

Primū q̄lr̄ apparuer̄t ibi moyſes ⁊ helias
Scōm quō diſcipuli cognouerūt illos
Tertiū quid loquebant

Ad primū dubiū duerſimode reſpondet
ur multis. Quidā eni dicūt. q moyſes ⁊ he
lias nō apparuerūt ibi vere ſed ymaginarie
Alij vo q angeli .p perſonis eoz in aſſūp
tis corporibus in ipſorū. ſ. moyſi ⁊ helie ſi
militudine apparuerūt. Nec fuit fictio q̄a illud
angeli fecerūt ⁊ de intentione eoz q̄ ipſi p
ſonaliter feciſſent Sicut etiā dr̄ dñs locut⁹
ē ad moyſen. q̄ angelus in perſona dñi lo
quebat. Nonulli aūt aſſerunt q apparue
runt ibi moyſes ⁊ helias vere. Sed apparu
it moyſes in ſuo corpore reaſſūpto ad tēp⁹.
hoc videt dixiſſe Aug⁹ in li. de mirabilib⁹
ſacre ſcripture. nec mirū eſt q .p tā magna
re ad tempus reſurrexerit ⁊ realiter venerit
Alexāder aūt in iij. dicit q apparuit ibi he
lias in corpore ⁊ aia. moyſes vo in aia tātū
Ut enim inq̄t Aug⁹ ad paulinū in libro de
cura .p mortuis agenda. Alij ſūt humana
rū limites rerū. Alia diuinarū ſigna virtutū
Alia ſunt q̄ naturaliter. Alia q̄ mirabiliter
fiunt. Apparitio itaq̄z aiarum poſt mortem
ſm limites rerū non eſt poſſibilis. ſed ſoluz
ſm ſigna diuinarū virtutū ſiue ſolū ſm di
uinam potentiaz ⁊ non ſm rerū naturam.
Anima igit̄ moyſi apparuit ibi vere per di
uinā potentiā. Sicut dicit Aug⁹ q anime
martyrū per diuinā potentiā poſſūt homi
nibus apparere. Et de ꝓfeſſore felice refert
ipſū apparuiſſe cuidam nolanis pie a ſe dile
ctis cū a barbaris nola oppugnabat. Sed
tunc reſtat queſtio qm̄ ſi anima moyſi tm̄
ſine corpore apparuit cū ipſa ſit inſenſibilis
quō potuit apparere aſpectib⁹ apoſtolorū
Ad q̄ dicendū q ſubſtantia ſpūalis appa
ret ſenſui duob⁹ modis. Uno mō p corp⁹
aſſumptū ſicut apparet angelus. Alio mō

UVA. BHSC. IyR_226

per solā similitudinē corporis quaz facit in sensū ꝝ quā immutat sensū. Sicut enī angel⁹ potestatē habet supra corpa ut sibi corpus possit assumere ꝝ apparē sensui ꝑ illud. Ita habet potentiā ut possit aliquā corporis similitudinē in oculo efficere et per illaz oculū immutare ut ab oculo ꝑ illā ꝓcipiat. Sicut ergo mediante corpe pōt facere similitudinē q̄ cōprehenditur ita ꝝ sine corpe Sic anima sancta q̄ gloriosa est habet istā potētiā. ꝝ hoc modo potuit aīa moysi apparere oculis corporalib⁹ aplōz sine corpis assūptione Ad scōm dubiū rñdet Ambrosi⁹. q̄ discipuli cognouerūt moysen ꝝ heliā ex habitu. verbis ꝝ interna reuelatione. q̄ ut pie credi pōt q̄z primum ibi apparuerūt postea ad pedes iesu humiliter ꝝ reuerenter dixerūt Adoramus te xp̄e ꝝ benedicimus tibi qui venisti per crucē ꝝ passionē tuam redimere genus humanū. Ad tertiū ꝛo dubiū dicit lucas q̄ loquebant de excessu quē cōpletus erat in ierl̄m. Et vocat excessū passionez eius. ℣Primo ꝓpter excedentē paupertatez quia non habuit in cruce vbi reclinaret caput. Scōo ꝓpter excedentē humilitatem ꝝ obedientiā. Tertio ꝓpter excedentē penalitatē. Quarto ꝓpter excedentē charitatem quibus virtutib⁹ veluti quatuoz gēmis exornant quatuoz cornua crucis. O q̄z affabilis erat ex vtraq; parte collocutio illa. O q̄z benigna erat vox saluatoris dū moysi et helie aplis audientibus loquebat. Tūc petrus ꝓrupit in medū ꝝ dixit. dñe bonū est nos hic esse. si vis faciam⁹ hic tria tabernacula. tibi vnū. moysi vnū ꝝ helie vnum. Et vt dicit lucas etiā ꝝ Marcus. ℣Nesciebat petrus quid diceret. ℣Primo q̄a ibi perpetuo esse cupiebat tā q̄z si in visione claritatis corporis xp̄i beatitudo cōsisteret cū beatitudo essentialiter consistat in visione clara ipsi⁹ diuinitatis licet aspectus humanitatis xp̄i faciat ad p̄miū accidentale quo sācti maxime delectant. ℣Petrus aūt in illa transfiguratiōe nō vidit diuinā essentiā sicut paulus in raptu. sed tm̄ eius humanitatē in forma gloriosa. Scōo nesciebat q̄d diceret q̄a sine passione xp̄i se regnare putabat. Idco scūs Effrē in quodā ℣mone xp̄m ita introducit loquentez. ℣Petre si hic manserimus verba ꝓphetarū quis adimplebit ut illud. ℣Foderūt manus meas ꝝ pedes meos et dinumerauerūt oīa ossa mea. Si hic manserimus cirographū ade q̄s diuidet. q̄s debitū soluet. Si hic manserimus. q̄ dixi tibi. quō fient. Ecclesia sup te quō edificabit. claues celoz q̄s accipiet aut quē ligabis vel solues hec ille. O q̄z suauis q̄zue iocunda erit visio diuinitatis. qñ ita delectabat coz petri aspectus humanitatis. petebat tria fieri tabernacula. vnum ꝓ xp̄o in quo ipse cohabitaret. aliud ꝓ moyse in quo iacobus ꝑmaneret. tertiū ꝓ helia in quo morareturꝫ iohannes O petre oblitus videris proximorū tuoruz ꝝ omnium qui scripti sunt in libro vite nō ꝑ tam paucis deus factus est homo. nō tā exiguus erit numer⁹ electoz. Sed indulgēdum est tibi q̄a p̄ nimia dulcedine postulas q̄ fieri nō debet. ℣Propterea ipō ita loquente ecce nubes lucida obumbrauit eos Vbi scōm doctorū sententiā trinitas ꝑsonarū diuinarū aplis illis fuit demōstrata. q̄a pater apparuit ibi in voce. filius in carne ꝝ spūs scūs i specie nubis lucide. Quare aūt in baptismo apparuit in specie colūbe ꝝ in transfiguratione in specie nubis lucide. dicit Alexander in p⁹ sūme. Q; apparitio spiritus sācti fuit ad ostensionē plenitudinis gratie ꝝ veritatis q̄ fuit redundans in xp̄o i baptismo. ergo apparuit in specie colūbe ꝓpter fecunditatē q̄ attendit in columba in quo significat fecunditas gr̄e in xp̄o ad regenerationē ꝝ sacramentorū sanctificationē. ℣In trāsfiguratione vero apparuit i nube lucida. ad significandū plenitudinē veritatis redundantis in xp̄o ꝑ modū doctrine ꝝ q̄ plenitudo veritatis i xp̄o fuit sicut nubes ex qua generata ē pluuia doctrine. Et dr̄ nubes illa fuisse lucida. q̄a de plenitudine veritatis eius accepimus lumen fidei et doctrine. ℣Iero⁹ ꝛo sup matheū dicit de petro. De frondibus aūt tentoriis q̄rebat tabernaculū. sed nubis lucide operit vmbraculo. ut discat in resurrectione nō tegmine domorū sed sancti spūs gloria sāctos esse ꝓtegendos.

De equalitate patris et filij demōstrata in voce quam audierūt discipuli. Cap. tertiū

Tertia sublimis ꝝ excelsa dignitas dñi ihu xp̄i aplis demōstrata dr̄ equalita-

UVA. BHSC. IyR_226

tis. Audierunt nãq; vocẽ patris dicentes. hic est filius meus dilectus in quo mihi bñ complacui ipsũ audite. De hac ita scribit petrus 8ª epla ca. p°. Non enĩ indoctas fabulas secuti notã facim⁹ vobis dñi nr̃i ihesu xpi virtutẽ ⁊ presentiã. sed speculatores facti illius magnitudinis. Accipiens enĩ a deo patre gloriã ⁊ honorẽ voce delapsa ad eũ huiuscemodi a magnifica gloria hic ẽ filius meus dilect⁹ in quo mihi bene cõplacui ipsũ audite. Et hanc vocẽ nos audiuimus de celo allatã cũ essemus cũ ipso i mõte scõ. Qualis enĩ pater talis filius. Eternus pater eternus filius. Immensus pater immẽsus filius. Increatus pater increat⁹ filius. Omnipotens pater omnipotens filius. Sed p declaratione huius partis tria sunt hic dubia declaranda.

¶Primus vtrũ processio verbi in diuinis cõ grue dicatur generatio.

Scõm vtrũ pater possit dici principiũ filij

Tertiũ vtrũ filius sit alius a patre

Ad primi dubij solutõnẽ notanda sũt tria theologica documenta fm doctrinã sancti Tho. prima pte. q. xxvij. ¶Primũ documentũ q; processio in diuinis non est accipienda fm q; est in corporalibus vt̃ per motũ locale. vel per actionẽ alicuius cause in exterior̃ effectũ. vt calor a calefaciente in calefactũ. Sed fm emanationẽ intelligibilẽ. ut pote verbi intelligibilis a dicẽte qõ manet in ipso Est ergo processio illa ad intra nõ ab extra. Exquo id qõ procedit tali processu intelligibili. nõ est diuersũ ab eo a q̃ procedit Imo q̃sto pfectius procedit tanto magis est vnũ cũ eo a quo procedit. Manifestũ est enĩ q; q̃sto aliquid magis intelligit tanto conceptio intellectualis est magis intima intelligenti ⁊ magis vnũ. Nam intellectus scõm hoc q; actu intelligit fm hoc fit vnũ cuz intellecto. Vnde cũ diuinũ intelligere sit in fine perfectionis necesse est q; verbũ diuinum sit pfecte vnũ cũ eo a quo procedit absq; diuisitate. Scõm documentũ q; noĩe generatõnis dupliciter vtimur. Uno modo cõmuniter ad oia generabilia ⁊ corruptibilia Et sic generatio nil aliud est q̃ mutatio de non esse ad esse corruptioni opposita. Et vtrumq; sũbiectũ est materia. ⁊ sic nõ ponit̃ in diuinis. Scõo modo generatio dr̃ proprie in viuentibus. Et sic generatio significat originẽ alicuius viuentis a principio viuente pximo. ⁊ hec proprie dr̃ natiuitas. Nõ tñ omne huiusmodi dr̃ genitum sed proprie qõ procedit fm rõnẽ similitudinis. Filius nõ habet rõnẽ geniti ⁊ filij. sed solũ qõ procedit fm rõnem similitudinis nõ cuiuscunq;. Nã vermes qui generant̃ in aialibus nõ habẽt rationẽ filiationis licet sit similitudo fm genus. Sed requirit̃ ad rõnem talis generationis q; procedat fm rõnẽ similitudinis in natura eiusdẽ speciei. Sic homo procedit ab homine. ⁊ equus ab equo. In viuentibus ergo q̃ de potẽtia in actũ vite procedit. sicut sũt hoĩes ⁊ animalia generatio vtrãq; generationẽ includit. Si aũt sit aliqõ viuens cuius vita non exeat ꝺ potentia in actũ processio si qua in tali inuenit̃ excludit omnino primã rõnem generationis. Sed põt habere rõnem generationis q̃ est propria viuentiũ. Sic ergo processio verbi in diuinis habet rationẽ generationis. procedit enim q; modũ intelligibilis actionis q̃ est operatio vite ⁊ a principio coniuncto. ⁊ fm rõnẽ similitudinis. q̃a cõceptio intellectus est similitudo rei intellecte ⁊ in eadẽ nã. quia in deo idẽ est intelligere ⁊ esse. Unde processio verbi in diuinis dr̃ generatio ⁊ ipsũ procedens dr̃ filius. Si aũt aliquis q̃reret. quare processio verbi intelligibilis in nobis non dr̃ generatio sicut in diuinis. Rñdet̃ q; intelligere in nob nõ est ipsa substãtia intellectus. vñ verbũ qõ fm intelligibilẽ operationẽ procedit in nobis nõ eiusdẽ nature est cum eo a quo procedit. Ideo nõ proprie ⁊ cõplete cõperit ibi ratio generationis. Sed intelligere diuinũ ẽ ipsa substantia intelligentis. Quare verbũ procedens procedit ut eiusdẽ nature subsistẽs. Et propter hoc proprie dr̃ genitum ⁊ filius. Tertiũ documentũ q; in diuinis sũt due processiones. s. verbi ⁊ amoris. Nã ibi ut dictũ est nõ est processio nisi fm actionẽ q̃ nõ tendit in aliqõ extrinsecum. sed manet in ipso agente. huiusmodi aũt actio in intellectuali nã est actio intellectus ⁊ actio volũtatis. processio aũt verbi attendit̃ fm actionẽ intelligibilẽ Scõm aũt operationẽ voluntatis inuenit̃ in nobis q̃dã alia processio. s. amoris fm quã amatũ est in amante. sicut p cõceptionẽ verbi res dicta vel intellecta est in

UVA. BHSC. IyR_226

intelligente. Ista aũt ꝓcessio amoris i diuinis nõ dr̃ generatio sicut dicit Athanasius Spũs scũs a patre ⁊ filio nõ factus nec creatus nec genitus. Rõ ē ꝗa hec ē dr̃a inter intellectũ ⁊ volũtatē. q̃ intellectus fit in actu p hoc q̃ res intelletta est in intellectu scõm suã siltudinẽ. Volũtas aũt fit in actu nõ p hoc q̃ aliqua similitudo voliti sit in volẽte sed ex hoc q̃ volũtas habet quãdã inclinationẽ in rẽ volitã. Processus ergo ꝗ attendit fm actionẽ intellectus ē fm rõnez similitudinis Et tõ põt habere rõnẽ gnãtionis ꝗa oẽ generans generat sibi simile. Ꝓcessio aũt ꝗ attendit scõm actionez volũtatis nõ cõsiderat scõm rõnẽ siltudinis sed magis scõm rõnẽ mouentis ⁊ impellẽtis in aliqd. Et ideo qõ ꝓcedit i diuinis p modũ amoris nõ ꝓcedit ut genitũ vel ut filius sed magis ꝓcedit ut spũs quo nomie q̃daz vitalis motio ⁊ impulsio dr̃signat. ꝓut aliquis ex amore dr̃ moueri vel impelli ad aliqd faciẽdum. Scõm dubiũ erat vtrũ pater possit dici principiuz filij. Ad hoc dicit Augusti. in xv. de trinitate. Pater ē ꝓncipiũ totius deitatis. Scũs ẽo tho. pª qte. q. xxxvj. dicit q̃ hoc nomẽ ꝓncipiũ nihil aliud significat q̃z illud a quo aliquid ꝓcedit. Omne enim a quo aliquid ꝓcedit quocũq; modo dicimus esse ꝓncipiũ. Cũ ergo pr̃ sit a quo ꝓcedit alius seq̃t q̃ pr̃ sit ꝓncipiũ. Sed contra hoc tripliciter obicit. Primo ꝗa ꝓncipiũ et causa idẽ sũt scõm phm. Sed non dicimus patrẽ esse causaz filij ne incurramus errorẽ Arrij q̃ dixit filiũ ꝓcedere a pr̃e sic effectus a causa. ideoq; esse ꝓmã eius creaturaz. Et spũm sãctũ ꝓcedere sicut creaturã vt̃usq;. Et fm hoc neq; filius neq; spũs scũs esset verus de⁹ qõ ē õ veritatẽ ⁊ fidẽ. ergo sicut nõ dicim⁹ patrẽ esse causã filij ita neq; ꝓncipium. Scõo obicit. quia ꝓncipiũ dr̃ respectu ꝓncipiati. ergo filius esset ꝓncipiatus ⁊ per consequẽs creatus qõ est falsissimũ Tertio obicit ꝗa hoc nomen principiũ a prioritate sumit. Sed ut mãt Athanasius. in hac trinitate nihil prius aut posterius nihil maius aut minus. ergo pater nõ debet dici ꝓncipiũ filij. Ad primã obiectionẽ rñdet scũs Tho. q̃ Greci vtunt indifferenter i diuinis noie causse vel nomie ꝓncipij Sed latini doctores nõ vtunt noie causse sed soluz nomie principij. Rõ est quia principiũ ē cõmuni⁹ q̃z causa. primus enim terminus vl etiã ꝓma pars rei dr̃ ꝓncipiũ sed nõ causa. hoc nomẽ ergo causa videtur importare diũsitatẽ substantie et dependentiã alicuius ab altero qõ nõ importat nomẽ principij. In oib⁹ enim cause generibus semp inuenit distãtia inter causã ⁊ illud cuius ē causa fm aliquã perfectionẽ aut virtutẽ. Sed nomie principij vtimur in his ꝗ nullaz hui⁹mõi differẽtiã hñt sed solũ fm quẽdã ordinẽ. Sicut cũ dicim⁹ punctũ esse ꝓncipiũ linee. Vel etiã cũ dicimus primã partẽ linee esse principiuz linee Ad scõam obiectionẽ dicit pfatus doctor. Quapud grecos inuenit de filio vel spũ scõ dici q̃ principient. Sed hoc non est in vsu latinorũ. ꝗa licet attribuamus patri aliqd auctoritatis rõne principij. nihil tñ ad subiectionẽ vel minorationẽ quocũq; mõ ptinens attribuimus filio vel spiritui scõ vt vitetur omnis erroris occasio. Ad tertiã obiectionẽ rñdemus. q̃ licet hoc nomen principiũ q̃z tũ ad illud a quo imponit ad significandũ videat a prioritate sũptũ. non tñ significat prioritatẽ sed originẽ. Tertiũ dubiũ erat vtrũ filius in diuinis sit alius a pr̃e Et arguit quãdã q̃ non. nã fm grãmaticos Alius est relatiuuz diuersitatis substãtie. si ergo filius est alius a pr̃e videt q̃ sit a patre diuersus qõ ē õ sententiã doctorũ. In quit enim Aug⁹ vij. de trini. cũ dicimus tres psonas non diũsitatẽ intelligere volumus. Et Ambrosius in pº õ trini. Pater ⁊ filius diuinitate vnum sunt. nec ẽ ibi substãtie dr̃a neq; vlla diuersitas Et Ilari⁹ in li. õ trini. In diuinis psonis nihil ē diuersũ nihil alienũ nihil separabile. ergo filius nõ est ali⁹ a patre. Verũtñ õniũ videt esse. ꝗa Aug⁹ in li. õ fide ad petrũ ait. Vna ē essentia patris ⁊ filij ⁊ spũs sãcti. in qua nõ est aliud pater aliud filius aliud spũs scũs. q̃uis psonaliter sit alius pater alius filius alius spũs sanct⁹. Ad intelligendã itaq; veritatẽ dicit sãctus Tho. pª qte. q. xxxj. q̃ ex verbis inordinate prolatis incurrit hereses. Ideo cũ de trinitate loquimur cũ cautela ⁊ modestia ē agẽdũ. Quia vt Aug⁹ dicit in pº de trini. nec periculosius alicubi errat. nec laboriosius aliqd q̃rit nec fructuosius inuenit. Oportet aũt in his ꝗ õ trinitate loquimur duos

UVA. BHSC. IyR_226

errores oppositos cauere. inter vtrūq; tēperate ꝓcedentes. s. errorē Arrij q̄ ponunt cuz trinitate psonarū trinitatē substantiaruz. Et errorē Sabellij q̄ ponunt cū vnitate essē tie vnitatē psone. Ad vitandū ergo errorē vitare debemus in diuinis nomen diuersitatis ⁊ dr̄e ne tollat vnitas essentie ⁊ possumus aūt vti noīe distinctionis ꝓpter oppositionē relatiuā. Et sic si qñ inueniretur nomen diuersitatis vel dr̄e sumendū ē ꝓ dustione. ⁊ Ne aūt tollatur simplicitas diuine essentie. vitādū est nomen separationis vel diuisionis q̄ ē totius in partes. ⁊ Ne tollat equalitas. vitandū est nomen disparitatis ⁊ Ne tollat similitudo. vitanduz est nomen alieni vel discrepāntis. Ad vitandū errorē Sabellij vitare debemus singularitatez ne tollatur cōmunicabilitas essentie diuine. Vñ Hilarius li. de trini. ⁊ patrē ⁊ filiū singulare deū predicare sacrilegū est. Debemus etiā vitare nomen vnici ne tollat numer⁹ personarū Dicimus tū vnicū filiū quia nō sunt plures filij in diuinis. non tū dicimus vnicū deū q̄a pluralitas deitatis coīs ē. Vitamus nomen confusi ne tollat ordo nature a personis. Vñ Ambros⁹ li. p°. de trini. ⁊ Nec cōfusū est q̄ vnū est nec multiplex eē pōt q̄ indifferens ē. Vitandū ē etiā nomē solitarij ne tollat consortiū triū psonaruz Ad argumentū ꝯo dicendū. q̄ hoc nomē ali⁹ masculine sumptū importat distinctōnē suppositi. vnde filius est alius a patre. s. ē aliud suppositū diuine nature sicut ē alia ꝑsona ⁊ alia ypostasis. Est ergo filius alius a patre sed non diuersus neq; alienus Quia enī in diuinis est distinctio ſm psonas non aūt scdm essentiā. Dicimus pater ē alius a filio sed nō aliud. Et ecōtrario dicimus q̄ sunt vnū sed non vnus. Equalem igit deo patri dei filiū p̄dicamus ō quo dixit vox paterna vt supradictuz est. hic est filiꝰ meus. s. naturalis. Alij autē sūt adoptiui in quo m̄ bene cōplacui. i. in quo diuinū bñplacituz cōplebit de redemptione mūdi. Audiētes ista discipuli ceciderūt in faciē suā. q̄a scdm Hiero. sup math. humana fragilitas ꝑspectū maioris glorie nō sustinet. Ab hac aūt fragilitate sanant hoies ꝙ xp̄m eos i gloriā inducendo. Ad̄ significat ꝙ hoc q̄ accessit et tetigit eos dixitq; illis. Surgite nolite timere. qui leuātes oculos neminē viderunt nisi soluz ih̄m. eo. s. q̄ moyses ⁊ helias reducti fuerant volūtate diuina ad loca vñ fuerant abducti. Descendentibus aūt illis de monte p̄cepit ih̄s ne alicui visionē dicerent donec resurgeret a mortuis filiꝰ hoīs. Que ꝓhibitio facta est ſm doctores. ne alij audientes xp̄m eis apparuisse in forma gloriosa scandalizarent postea videtes ipsū pati tā ignominiose. Ecce quot modis ante ⁊ post resurrectionē suā saluator nr̄ allicere corda hominū ꝓcurauit ad supne felicitatis desiderū. ⁊ tū mortales miseri nō nisi transitoria bona ulta atq; terrena sūmo studio adipisci conant. Ipse dei filiꝰ deus verꝰ ⁊ gloriosus viaz sūi boni nos docuit. Ipse ad regnuz celorum nos inuitauit. Ipse in sua transfiguratione tribus aplis claritatē corporis delectabilē et omni suauitate repletā videri fecit. vt spretis mundalibus reb⁹ superna gaudia feruētius affectarent. Ad q̄ nos ꝓducat ipse qui est benedictus ⁊ laudabilis in secula seculorū Amen.

Sermo tertius decimus de innocentia xp̄i in quo confutat blasfemia eoruz q̄ dicunt xp̄m sua culpa iudeis exosum fuisse.

Peccatū nō fecit nec dolus inuentus est in ore eius. Verba sūt principis aplorū p̄ma sua epla ca. ij. Iniquitas quoūdā hominū peruersoꝝ vsq; adeo inualuit vt cum audiuit pijssimū saluatorē nostruz iudeis ꝓcurantibus ignominiose crucis tormentū subiisse. non sine ipsius culpa factū fuisse improbe fateātur. detestant passionis eius misteria q̄ ꝓ nobis dignatus est mori. Et ut inq̄t petr⁹. Tradebat iudicanti se iniuste q̄ pctā nr̄a ꝙ tulit in corpore suo sup lignū ut pctis mortui iustitie viuam⁹. Obiciūt aūt nobis illi neq; q̄ nō videt verisimile iudeos ita concorditer ita frequenter ita hostiliter cōtra xp̄m fuisse cōmotos nisi aliq̄d reprehensione dignū deprehendissent. ⁊ Neq; pilatus ō iustitiā hoiem sanctū veluti sedicioſū et reū cuz sceleratis cōdemnasset ad mortē. Quāobrez ut huiusmodi perditissim⁹ error penit⁹

UVA. BHSC. IyR_226

extinguat decreui de innocentia xpi in hoc sermone disserere. Ostendáq; xpm ihm dei ⁊ virginis filiū innocēter passū. nō ppr ali quod ei⁹ petiñ qa ab omni labe penit⁹ fuit imunis ꝓut verba ꝓposita dicūt. Jn qb⁹ de innocētia xpi locuturi triplici rōe pncipali probare illā contendemus.

Prima rō dr grē plenitudo
Scōa malicie cōsuetudo
Tertia exemplorū multitudo

De plenitudine gratie xpi qua illi⁹ anima fulgebat omni mūdicia ⁊ sanctitate. Cap. primū.

PRima rō qua ꝓbamus innocētiā xpi dr grē plenitudo. Q fuit náq; aia ei⁹ plena gratia. Wñ scribit iohis p⁹ ca. verbū caro factū est ⁊ habitauit i nobis. Et vidim⁹ gloriā eius gloriā quasi vnigeniti a pre plenū gratie ⁊ veritatis. Quare ut diximus in supioribus nec peccauit neq; peccare potuit. Sciendū tñ scōm theologorū doctrinaz ⁊ pcipue Alexandri ō ales in iij. volumine sūme. q. in xpo distinguit triplex gratia

Prima dr vnionis
Scōa capitis
Tertia singularis sanctitatis

Prima est grā vnionis de qua dicit Aug⁹ Maior grā nō pōt cogitari q; q fili⁹ hominis sit filius dei. ⁊ Rō huius est qa nō ē possibile ipsi creature hūane ꝑ donū cōditionis nature. q. eleuet ⁊ disponat ad diuinam vnionē. Et ió necessaria ē ei grā q eleuet ⁊ disponat ipsā ad vnionē deitatis. hāc aūt gratiā dicimus vnionis q in xpo fuit perfectissima scōm rōnē cause finalis. ⁊ Á vltimus effectus gratie est nos vnire deo. Sed i alijs a xpo talis vnio fit ꝑ cognitionē ⁊ amorē. Jn xpo vo nō solū ꝑ cognitionē ⁊ amorem. sed etiā in vnitate psone. vt sic idē fili⁹ qui ⁊ filius dei. ⁊ hec est maior vnio q possit esse vel excogitari. Wnde iste est effectus plenissimus qui possit esse gratie. Scōa gratia q est in xpo dr capitis scōm quaz ē caput ecclesie etiaz scōm hūanā nām. Wñ ad ephesios p⁹ ca. dicit aplūs. Jpsū dedit caput sup omnē ecclesiaz q est corpus eius. hec vo grā fuit in xpo plena scōm rōnē cause efficiētis. ⁊ Á sicut quedā luminaria ꝓficiunt suo lumine solū ⁊ non habent potestatē influēdi suū lumē alijs. sicut patet ō carbone. Quedam vero nō solū retinent suū lumen in se. sed ipsū influunt ⁊ illuminant alia corpora Sicut patet de flāma Jta grā xpi radiat ab ipso ad alios. nō aūt gratia in alijs sanctis. sed tm ꝓficit ipsorū animas. nec habēt potestatē influendi ipsā. Et ꝓpter hoc sicut lumen in flāma dicit lumen plenū. lumen vero in carbone dr semiplenū. ita gratia i xpo scōm quā est caput debet dici gratia plena. Jn alijs vo sanctis respectu eius grā semiplena. Wnde hugo in li. de sacramentis ait Sicut spūs hominis mediāte capite ad mēbra descendit vuuificanda. sic spūs scūs per xpm venit ad xpianos cuius plenitudo quidem exstitit in capite participatio vo in mēbris. ⁊ Notanduz tñ hic q influētia gratie a deo ē dup̄r sine medio ⁊ q meduz. Sine medio xps scōm q de⁹ immediate ē dator grē auctoritate ⁊ in ꝓpria rōne efficientis. per medū xpus scōm q homo est dator gratie multis modis. Est enī medū per modum fidei. per modū meriti. ꝑ modū desiderij siue orōnis. ⁊ per modū dispositionis. Est eniz xps primo medū ꝑ modū fidei ꝓut ipse cōsideratur in fide. ⁊ Naz fides que de ipso siue de deo homine est disponit immediate aiam ad gratiā primo impossibile fuit sine fide illa aliquē gratū esse deo. ⁊ Propr̄ hoc dixit pater Math. iij. ⁊ xvij. ca. Jlle est filius meus dilectus in quo mihi bene cōplacui Jbi glosa. i. per ipsū alij mihi placēt. Et Aug⁹ Sine fide mediatoris nullus vnq; placuit deo. Similiter xps est quoddā medium per modū meriti quia per passionem suam meruit a patre vt daret grā omnibus credentibus in ipsū ⁊ amantibus ipsum. Adhuc ꝑ modū desiderij est quoddā medū. qa oib⁹ credentib⁹ orat grām ⁊ desiderat. Wñ iohis p⁹ sua canonica ca. p⁹. Aduocatū habem⁹ apud deū patrē dñm nrm ihm xpm. Jpse ergo ē medius sicut aduocat⁹ ⁊ orans vt det nob grā. Jnsup ē medius ꝑ modū dispositionis q; tū ad nāz. qa tota hūana nā an incarnationē erat digna odio et reprobatione ꝑ petiñ originale. Sed cū fuit hūana natura assūpta a filio dei in vnitate psone disponebat rōe ꝑdestinatorū ad grām dispositōne cōgruitatis siue dignitatis. Sicut ergo per vnū hoicz fuit lapsa. ita ꝑ vnū hoiem deuz

UVA. BHSC. IyR_226

ſ.xp̃m p vnionẽ cũ deitate fuit diſpoſita ad iuſtificationẽ. Tertia gratia q̃ eſt in xp̃o vr̃ ſingularis ſanctitatis q̃ fuit in eo plena ſm rõnẽ cauſe formalis plene informans aiam xp̃i ⁊ pleniſſime oẽs vires eius q̃ztuz ad oẽs actus ipſarũ. quia in ipſa aĩa xp̃i ẽ gr̃a ꝑgnitionis ⁊ veritatis omniũ. Et hec ꝓficit q̃ztũ ad actũ rõnis. Et ꝓficit q̃ztũ ad actũ concupiſcibilis q̃ ẽ amor bonitatis. Et etiã ꝓficit q̃ztũ ad zelũ iraſcibilis. Jn alijs ẽo ſanctis licet informaret ſm excellẽtiã ad vnũ actuz nõ tñ ad oẽs actus. Et cũ in alijs ſãctis ſit ꝑ eminentia reſpectu alicui⁹ doni. Jn xp̃o tñ ẽ ꝑeminẽtia reſpectu omniũ dono⁹. ꝗa nõ hz gr̃am ad vnũ actũ gr̃e tñ. ſed ad oẽs. Et hoc ẽ qđ dicit Aug⁹. q. accepit gr̃am totaliter ⁊ vniũſaliter. Jñ cõparatio gr̃e xp̃i ad gr̃as alioꝝ ſcõm plenitudinẽ ⁊ ꝓfectionẽ ẽ. ſcõm q. ꝑgatur figura circuli ad figuras alias angulares. Circulus enĩz eſt capaciſſima figura reſpectu aliarũ. ita gr̃a xp̃i capaciſſima ẽ Capax quippe ẽ omnis actus cuiuſlibet virtutis qđ non ẽi alijs gratijs ſcõz

1 Cõtra iſta poſſet ꝗs arguendo dicere. q. in xp̃o nõ fuit plenitudo gratie ⁊ Ñã in xp̃o hoĩe nõ fuerunt omnes virtutes. Sed nõ ẽ plenitudo gratie ſine plenitudine omniũ ỽtutuz ergo in ipſo non fuit pleniſſima gratia. ⁊ Nam in ipſo nõ fuit liberalitas ⁊ magnificentia ꝗa he virtutes habent actũ ſuuz circa diuitias quas xp̃s contẽpſit. Scõo non fuit in ipſo tẽperantia ⁊ cõtinentia. ꝗa he ſũt cõtra cõcupiſcentias prauas q̃ in xp̃o non fuerunt. Tertio ſcõm ph̃m in vij. ethicoz̃. Virtus diuidit cõtra quẽdã heroicũ ſiue diuinuz habituz qui attribuit hominibus diuinis hocaũt maxime cõuenit xp̃o. ergo non habuit virtutes ſed aliq̃d altius virtute. ⁊ Dis Ñdet ſcũs Tho. iij. ꝑte. q. vij. q. ſicut gr̃a reſpicit eſſentiã anime. ita virt⁹ reſpicit ei⁹ potentiã. Jnde oportet q. ſicut potẽtie deriuantur ab ei⁹ eſſentia. ita virtutes ſint deriuationes quedam gratie. Quãto aũt aliquod principiũ eſt perfectius tanto magis imprimit ſuos effectus Jnde cũ gratia xp̃i fuerit perfectiſſima cõſequens eſt q. ex ipſa proceſſerint virtutes ad ꝓficiendũ ſingulas potentias anime q̃ztum ad oẽs anime act⁹ Et ita xp̃us habuit oẽs virtutes. Ad illud ẽo quod inducebat de liberalitate. dicẽdũ q. liberalitas ⁊ magnificentia cõmendant circa diuitias inq̃ztum aliquis nõ tñ exiſtimat diuitias q. velit eas retinere ꝑtermittẽdo id qđ fieri oportet Jlle aũt minime diuitias extimat qui penitus eas contẽnit ⁊ abicit ꝓpter perfectionis amorem. Et ideo in hoc q. xp̃s oẽs diuitias contempſit. oſtẽdit in ſe ſummũ gradũ liberalitatis ⁊ magnificentie. licet aũt liberalitatis actũ exercuerit ſcõm q. ſibi cõueniens erat faciẽdo pauperibus erogari que ſibi dabantur. Ad illud vero qđ tangebatur de tẽperãtia dicit ſcũs Tho. q. licet xp̃s cõcupiſcentias prauas nõ habuerit. ꝓpter hoc tñ non excludit quin habuerit temperantiã. que tanto ꝓfectior eſt in homine q̃zto magis prauis cõcupiſcẽtijs caret. Jñ ſm ph̃m vij. ethicoz̃. Tẽperatus in hoc differt a cõtinente. q. tẽperatus non habet prauas cõcupiſcentias quas cõtinens patit. vnde ſic accipiendo cõtinẽtiã ſicut philoſophus accipit. ex hocipſo q. xp̃s habuit omnẽ virtutẽ non habuit cõtinentiam que non eſt virtus ſed aliquid minus virtute. Ad aliud inſuper qđ dicebatur de habitu heroico. ⁊ Reſpondetur. q. habitus ille heroicus vl̃ diuinus non differt a virtute cõmuniter dicta. niſi ſcõm perfectiorem modũ inq̃ztũ. ſ. aliquis eſt diſpoſitus ad bonum quodã altiori modo q̃z cõmuniter omnibus competat. Jnde per hoc non oſtenditur q. chriſtus nõ habuit virtutes. ſed q. habuit eas perfectiſſime vltra cõmunẽ modum. ſicut etiã Plotinus poſuit quendam ſublimem modũ virtutum. quas eſſe dixit purgati animi. Sed adhuc dubitatur de fide ſpe ⁊ penitentia que non videntur fuiſſe in chriſto. ⁊ Naz fides eſt cũ viſione enigmatica. Chriſt⁹ vero videbat ſine enigmate. Et ſpes ẽ expectatio future beatitudinis q̃ nõ habetur. Jpſe aũt iam beatitudinẽ habebat ⁊ nõ expectabat eã. ⁊ Penitentia ẽ virtus q̃ cõmiſſa cũ emẽdationis ꝓpoſito plãgimus ⁊ odimus qđ xp̃o cõuenire non põt ⁊ Ñdet ad ħ Alexãder ỏ ales q. ſũt q̃dã dona gratuita cũ imꝑfectione. Quedã q̃ non dicũt imꝑfectionez̃. Fides ergo ẽ donũ gratuitũ cũ imꝑfectione. ⁊ Nam aſſentit veritati quam nõ videt. hoc quod dico aſſentire veritati perfectõnis eſt. Sed ħ qđ dico quã non videt imperfectionis. Spes etiã here

UVA. BHSC. IyR_226

summo bono illud expectando. Expectare impfectionis est: sed herere summo bono pfectionis. Sicut penitētia est donū gratuitū cū impfectione. penitētia nāq; ꝓsistit in detestatione mali qđ cōmissuz ē. detestatio mali dicit pfectionē. sed qđ ꝓmissū est dicit impfectionē. Cū ergo i ipsa grā q̄ est plena ꝑmo plenissima sicut ē grā xp̄i nulla sit impfectio. patet q̄ nō debuerūt in ipso cē dona gratiarū cū impfectione. rōe sue pfectionis Et ꝓpter hoc nec fides in rōe fidei nec spes in rōe spei. nec penitentia in rōe penitentie debuerūt esse in xp̄o. ꝗa sub rationib⁹ ꝗstis dicūt impfectionez. Sed illud solū qđ erat pfectū in ꝗstis dominis fuit in xp̄o. In ipso enī fuit assensus prime veritati qđ est pfectiōis in fide. Sed illud qđ est imperfectionis nō fuit in ipso. s. cognitio enigmatica. Sicut in ipso fuit maxime qđ est pfectionis in spe. s. adhesio cū sūmo bono. sed nō cū illa ipfectione q̄ est expectatio bom qđ nō habet. Sic etiā qđ ē pfectionis in penitentia fuit maxime in ipso. quia nūq̄z aliqs tm̄ potuit detestari peccatū q̄ztū ipse detestabat. quoniaz nūq̄z aliquis habuit tantā oppositionē voluntatis ad malū. Semp ergo qđ ē pfectionis gratie ⁊ plenitudinis est in gratia absoluta siue singularis sāctitatis ipius christi. ergo in ipso scōm perfectionē oēs virtutes. omnes gratie gratis date et oia dona spūs sancti. Verūtamen aliqui dubitant an in xp̄o fuerit donū timoris. ꝗa iobes ꝑma sua canonica ca. iij. dicit. pfecta charitas foras mittit timorē. pfectissima aūt charitas fuit in xp̄o. quare videret q̄ nō fuerit in ipo donū timoris. Contrariū tū habet ꝑ ysaiaz qui ca. xj. ita dicit de xp̄o. Requiescet super euz spūs timoris dñi. Propterea notanda sūt verba sancti Tho. in iij. pte. q. 5 posita. vbi ait q̄ timor respicit duo obiecta quoꝝ vnū est malū terribile. Illud ē ille cui⁹ potestate malū pōt inferri. In xp̄o fuit timor dei nō quidē sm q̄ respicit malū separationis a deo ꝑ culpā. nec scōm q̄ respicit malū punitionis ꝑ culpa. sed sm q̄ respicit ipsaz duinā eminētiaz ꝑput. s. aia xp̄i quodā affectu reuerentie mouebat in deū a spū sācto acta. vnde ad hebreos v. ca. dr. Exauditus est pro sua reuerentia. hūc aūt affectū reuerentie ad deū xp̄us scōm q̄ homo p̄ ceteris habuit plenior ē. Johānes ergo cū dicit. q̄ perfecta charitas foras mittit timorē. loq̄t de timore scōm q̄ respicit obiectū qđ ē malum. Quare sm theologoꝝ sententiā ⁊ veritatis doctrinā. Xp̄s omni virtute omniq̄ sanctimonia preditus fuit. Erat totus dulcis. totus modestus omnibus benefaciens ⁊ neminē iniuste ledens. Et ut inq̄t ysaias liij. ca. Vulneratus est ꝓpter iniq̄tates nostras. ⁊ attritus est ꝓpter scelera nostra.

Q̄ non est mirandu⁹ si iudei persecuti sunt xp̄m q̄ semp malefacere cōsueuerunt. Cap scōm.

Secunda rō qua ꝓbamus innocentiā xp̄i dr̄ malicie consuetudo. Populus nanq; iudeoꝝ paucis dūtaxat exceptis cōsueuit esse malus a generatione i gnātionē ⁊ nō est igit̄ miruz si innocentē filiū ꝺ̄gnis crucifigi procurauit. Et ne iudei conquerā tur de nobis quasi vellemus ipsos falso cōdemnare: pducam⁹ in medū veteris testamenti scripturas q̄ apud eos etiā omni veritate fulgere credunt. Exodi xxij. ca. et deuteronomi ix. ca. dixit de⁹ moysi. Cerno q̄ ꝓp̄lus iste dure ceruicis sit. Et numeri xj. ca. Ortus est murmur ꝓp̄li quasi dolentiuz ꝓpe laboze cōtra deū. Et numeri xiij. ca. q̄si conqueri visus est deus dicēs. Vsq̄quo detrahet mihi ꝓp̄lus iste. Et numeri xvj. ca⁰. Murmurauit oīs multitudo filioꝝm isr̄l. Et egressa ira a dño ceussit sūt quatuordecim milia hominū. Et numeri xxj. ca. Locut⁹ est ꝓp̄lus ꝑ tra deū ⁊ ait. aia nr̄a nauseat sup cibo isto leuissimo. Et deutero no. ix. ca. dixit moyses. Cōtēpsistis imperiū dñi dei vr̄i ⁊ nō credidistis ei neq; voce eius audire voluistis sed semp fuistis rebelles. Et iudicuz ij. ca. scribit. Fecerūt filij isr̄l malū in cōspectu dñi ⁊ seruierunt baalim ac dimiserunt dñm deū patrū suoꝝ q̄ eduxerat eos de terra egypti ⁊ secuti sūt deos alienos. Et infra Iratus dñs ꝺ̄ isr̄l tradidit eos in manꝰ diripientiū q̄ ceperūt eos ⁊ vendiderūt hostibus q̄ habitabāt per girū. Et iudicū ij. ca. Filij isr̄l habitauerūt in medio chananei ⁊ ethei ⁊ amoꝝrei ⁊ eui ⁊ iebusei ⁊ fereczei et duxerunt vxores filias eoꝝ. ipsiq; filias suas eoꝝ filijs tradiderūt ⁊ seruierūt dijs eoꝝ fecerunt q; malū in ꝓspectu dñi et obliti sunt

UVA. BHSC. IyR_226

sei fui seruientes baalim ⁊ astaroth. Iratusq; contra isrl dñs tradidit eos in manꝰ regis mesopotamie ⁊ seruerũt ei octo annis Et iudicũ iij.ca. Addiderũt filij isrl facere malũ in ꝓspectu dñi post mortẽ Aoth. Et tradidit illos dñs in manu Jabin regis chanaan. Et iudicũ vj.ca. Fecerũt filij isrl malũ in ꝓspectu dñi q̃ tradidit eos in manu madian septẽ annis ⁊ oppressi sũt valde ab eis. Et iudicũ x.ca. Filij isrl peccatis veteribus noua iũgẽtes fecerũt malũ in cõspectu dñi. ⁊ seruerũt ydolis baalim ⁊ astaroth ⁊ dys syrie ac sidonis ⁊ moab ⁊ filioꝝ amon ⁊ philistim. dimiserũtq; dñm ⁊ nõ colebant eũ Contra q̃s iratus dñs tradidit eos in manꝰ philistinoꝝ ⁊ filioꝝ amon. afflictiq; sũt et vehementer oppressi per annos decẽ ⁊ octo Et scõi paralipomenon xxiij.caº. Principes iuda dereliq̃runt tẽplũ dñi seruierũtq; sculptilibꝰ. ⁊ facta est ira dei ꝛ iudã. mittebatq; eis ꝓphetas vt reuerterẽt. quos illi audire nolebãt. Et primi hesdre ix.ca. Peccauimus dñe grauiter vsq; ad diẽ hãc et p iniq̃tatibus nr̃is traditi sumus ipsi ⁊ reges nr̃i ⁊ sacerdotes nr̃i in manibus regũ terrarũ in gladiũ ⁊ in captiuitatẽ Et scõi hesdre ix.ca. Patres nr̃i superbe egerũt ⁊ induratuerũt ceruices suas et nõ audierũt mãdata sua. Et iudith vij.ca. Peccauimꝰ cuꝫ patribus nr̃is iniuste egimus iniq̃tatẽ fecimus. Et ysaie pº ca. cõquerit deus dicẽs. Filios enutriui ⁊ exaltaui ipsi aũt spreuerunt me. Cognouit bos possessorẽ suum ⁊ asinꝰ presepe dñi sui. Isrl aũt nõ cognouit me. populus meus non intellexit. ve genti peccatrici pplo graui iniquitate semini neq; filijs sceleratis dereliquerũt dñm blasfemauerunt sanctũ isrl abalienati sũt retrorsũ. Et ysaie xxx.ca. Populus enim ad iracundiã ꝓuocãs est ⁊ filij mẽdaces filij nolẽtes audire legem dei. Et Jeremie v.caº. Audi populeꝰ stulte qui non habes cor q̃ habentes oculos non videtis ⁊ aures nõ auditis Et Jeremie vij. ca. Nõ audierũt me iniq̃t deus nec inclinauerunt aurẽ suam. sed abierunt in prauitate cordis sui mali. Et Jeremie xxj.ca. Populus pessimus qui noluit audire verba mea. Et Baruth j.ca. Multitudo hec maxima conuertetur in minimã. populus est enim dura ceruice. Et Ezechielis ij.ca. Filij dura ceruice et indomabili corde sũt ad quos ego mitto te. Et Ezechiel vij.ca. Iniq̃tas domus isrl ⁊ iuda magna est valde. Quid ad hec ⁊ multo plura que omittimus iudei poterunt respondere. aut quomõ excusare valebunt iniquitatẽ ipsorũ. tot tantisq; vocibus predicatã. Sicut in quolibet tẽpore erga deũ ingratissimi sunt reperti. sic dum in propria venit ⁊ homo factus est eum nõ receperũt ymo sibi vsq; ad mortem fuerũt infesti. Qui tamẽ obloqui adhuc de xpo p̃ sumunt. arguuntq; cõtra nos dicẽtes ipsũ fuisse culpabilem ⁊ peccatorem potissimuꝫ propter tria.

Primo propter offensionẽ
Scõo propter violationẽ
Tertio propter indignationem

Primo iudei dicũt xp̃m fuisse culpabilem propter offensionẽ. Quia predicauit iudeis illos offendendo. hoc aũt fieri non debuit. qm̃ ut Augustinus dicit in libro de agone xp̃iano. in homine ibu xpo se nobis ad exẽplum vite prebuit filius dei. nos vero debemus vitare offensionẽ non solũ fideliuꝫ sed etiã infideliũ. scõm illud prime ad corinth. x.ca. Sine offensione estote iudeis ⁊ gẽtibꝰ ⁊ ecclesie dei. Quare videtur q̃ ipse xp̃us in sua doctrina vitare debuit offensionẽ iudeorum. Ad hoc respondet scũs Tho. iij. pte q. xlij. Qr̃ salus multitudinis est preferenda paci quoꝝcũq; singularũ hominũ. Ideo quãdo aliqui sua puersitate multitudinis salutẽ impediunt non est timenda eoꝝ offensio a predicatore vel doctore. Scribe autẽ ⁊ pharisei impediebant salutẽ populi. tũ qa repugnabant xp̃i doctrine per quã poterat audientibus esse salus. tum etiaꝫ qa prauis suis moribus vitã aliorũ corrũpebant. Et ideo dñs non obstãte offensione eorũ publice veritatem quã illi odiebant ⁊ eoꝝ vicia arguebat. Vnde Mathei xv.ca. discipulis ei dicentibus. Scis qa iudei audito hoc verbo scandalizati sũt. Rñdit Sinite illos ceci sunt ⁊ duces cecorũ. Qr̃ vo apl̃us dicat Sine offensione estote. Rñdendũ. q̃ hõ sic debꝫ eẽ sine offensione oibꝰ vt nulli det suo facto vl̃ dicto minus recto occasionẽ ruine Si tñ de veritate scandalũ oriatur. vtiliꝰ scãdalũ nasci permittit q̃ veritas relinquat. Scõo iudei dicunt xp̃um fuisse peccatorẽ

UVA. BHSC. IyR_226

7 legis transgressorē ꝓpter violationez q̄a sabbata violabat. ¶Preceptuz q̄ppe erat vt nil operis tūc fieret. Ipse vo dixit languido quez sanauit in ꝓbatica piscina vt tolleret lectū suū. iohis v. ca. Et ꝓsensit discipulis q̄ in sabbato spicas euellebāt ecusando eos. vt hēt math. xij. ca. ergo i hoc peccauit 7 ō legē fecit Ad hoc rñdet scūs Tho. in iij. ꝑte q. xl. Qz xps in oibus ꝟm legis ꝑcepta cōuersatus est. in cui⁹ signū etiā voluit circūcidi. Circūcisio eni est q̄dā protestatio legis implende. q̄ aūt curauit in sabbato languidū cui dixit vt tolleret lectū suū nō fuit ō legez. ¶Primo q̄a g̃ preceptū de sanctificatōe sabbati nō interdicit opus diuinū sed hūanū Quāuis eni de⁹ die septima cessauerit a nouis creaturis cōdendis q̄ztū ad earū principia. semp tū opatur in rerū cōseruatione et gubernatione. Itaq; miracula q̄ xps faciebat in sabbato nō erant opa hūana sed diuina. Vñ ipse dixit iohis v. ca°. ¶Pater me⁹ opatur vsq; mō 7 ego operor. Scōo xps nō fecit ō legē. quia illo ꝑcepto de sabbato sanctificando nō ꝓhibent opa q̄ fūt de necessitate salutis corꝑalis. Vñ Luce xiij. ca. dixit Vnusq̄sq; vestrū nō soluet sabbato bouez suū aut asinū a presepio 7 ducit adaquare? Et infra xiij. ca. Cuius vestruz asinus aut bos in puteū cadit 7 nō cōtinuo extrahet illū die sabbati. Manifestū ē aūt q̄ opa miraculosa q̄ xps faciebat ad salutez corꝑoris 7 anime pertinebant. Tertio nō fuit legis transgressor xps qñ illo precepto nō ꝓhibent opa que ꝑtinent ad dei cultū. Vñ dixit Mathei xij. An nō legistis in lege quia sabbatis sacerdotes i tẽplo sabbatū violāt. 7 sine crimīe fūt ? Et iohis vij. ca. dixit. Circūcisionē homo accipit in sabbato. Qz aūt xps paralitico mādauit ut lectū suū sabbato portaret ad cultuz dei ꝑtinebat. i. ad laudē virtutis diuine. falso ergo obiciebant iudei dicentes iohis ix. ca. Non est hic homo a deo q̄ sabbatū non custodit. Similiter discipuli nō fecerūt cōtra legē cuz spicas colligerunt sabbato quia sic facere coegit illos necessitas. ꝓpterea iudeis murmurantib⁹ respondit xps. An non legistis quid fecerit dauid qñ esuriit 7 qui cū eo erāt. Quomō intrauit in domū dei 7 panes ꝓpositionis comedit. licet i lege ꝑceptuz fuisset q̄ panes illos sacerdotes soli comederent. Immittē te tū necessitate dauid sāct⁹ p̄dictos panes sine peccato comedit. sicut ꝑz primi regum xxi. ca. Tertio iudei dicūt xpm fuisse reprehensibilē ꝓpter indignationē. Indignabatur enim 7 irascebat verbisq; 7 factis molestabat pharisēos ac illoꝝ sequaces. Loquebatur illis cōtumeliose et eiecit flagello ementes 7 vendentes de tẽplo. Ira aūt opponit̄ māsuetudini vt patet ꝑ phm in iij. ethicorū. Et ut māt Jacobus p° ca. Ira eni viri iusticiā dei nō opat. Ex quo videt q̄ xps nec iustus nec māsuetus fuit ergo peccator 7 culpabilis multū. Ad qō rñdemus scōm doctrinā theologoꝝ q̄ in xpo non fuit ira que est vicium. sed ira per zelū a ratione imperata. Vñ ut dicit Aristo. nō irasci vbi 7 qñ oportet videt insipientis esse Ira ergo que transgredit ordinē rōnis est cōtra iusticiā 7 mansuetudinē. non ira q̄ est ꝟm rōnis imperiū. Locutus itaq; est xps cōtumeliose phariseis amore iusticie 7 veritatis. Similiter ꝓpter zelū eiecit oēs ementes 7 vendentes de templo. in quo etiā suā diuinitatē declarauit. Vnde Jero⁹ sup matheū ait. Inter omnia signa que fecit dñs hoc videt̄ cē mirabilius q̄ vnus homo 7 illo tpe cōtemptibilis potuerit ad vnius flagelli verbera tantam eicere multitudinē. Igneū eni q̄daz 7 fidereū radiabat ex oculis eius 7 diuinitatis maiestas lucebat in facie. Et Origenes dicit sup iohānē. hoc esse maius miraculuz eo quo aqua conuersa est in vinū eo q̄ illic subsistit inanimata materia. hic vo tot milia hominuz domant ingenia. Vtibi ergo cōtra xpm loq̄ debent iudei maligni sed agnoscere prauitatē 7 duriciam cordis eorū.

Qz sepenumero mali ꝓsequunt̄ bonos ꝓpter odiū 7 inuidiā ac ꝓpriū amorē. ita iudei persecuti sunt xpm. Cap. tertiū.

Tertia rō principalis qua ꝓbamus innocentiā xpi dr exemplorū multitudo Sūt nāq; in promptu exempla plurima in scripturis diuinis 7 humanis. in q̄bus ostēditur q̄z sepenumero q̄ mali fuerunt 7 pestilentes. innocentibus 7 bonis ac iustis adūsati fuere. Ad̄ factuz cōperimus triplici de causa.

UVA. BHSC. IyR_226

Prima ꝓpter odiū veritatis
Scōo ꝓpter inuidiā aliene felicitatis
Tertio ꝓpter satisfactionē cupiditatis
Prima cā quare multi sceleratī homies iu
stis ⁊ bene viuētibus fuerūt aduersati. fuit
odiū veritatis. ⁊Nā ꝙa illi ut debebāt ꝓfita-
tē loq̄bant odio sūt habiti. Inq̄t enī Tere
tius. Obsequiū amicos veritas odiū parit.
Et Iero⁹ ad occeanū. Ita se hz nā ut a mā
sit veritas. vicia ꝓo dulcia existument. Sed
quō inq̄s hoc est credibile vt veritas odien
da sit cū Lactanti⁹ dicat in p⁹ li. diuinaruz
insti. Nullus est suauior aie cibus q̄z cogni
tio veritatis Et ñdet dñs Bonauen i pro
logo primi libri sententiarū. q⁹ duplex ē effe
ctus veritatis Primus ē illuminare ⁊ q̄ztū
ad istū nemo ipsaz odit. ꝙa oēs naturaliter
illuminari desiderāt Scōus effectus ē argu
ere ⁊ hūc habet in malis. manifestando enī
mala redarguit illa facientez. Ex quo mali
odiūt veritatē Ihñ saluator nr iohis iij. ca.
dixit. Omnis q̄ male agit odit lucez. Et ut
veniamus ad rē est exemplū Ysaie innocen
tis q̄ ꝓpter veritatē fuit serra secatus. de q̄
inq̄t Iero⁹ in prologo in Ysaiā. Ysaias in
urbe nobili genere ortus est. ibiq̄ ꝓphetā-
uit sub manasse rege. sectus in duas partes
occubuit. Manasses ydolatra fuit. ⁊ ysaiaz
auū maternū ꝑm hebreos vel affinē suū eie
ctū extra ciuitatē urbē circa piscinā siloe ser
ra lignea g mediū secari fecit. De Ieremia
insup dixmus in sermonibus de timore di
uinoꝝ iudicioꝝ. qualiē granissimas ꝓpt
veritatē pass⁹ est psecutiones ⁊ iniurias. tā
dem lapidatus ē. Ihñ Iero⁹ in ꝓlogo in
Ieremiā dicit. Ieremias anathothites q̄ ē
viculus tribus ab urbe distans miliaribus
apud taphnas in egypto de ꝓpto lapidibus
obrutus occubuit. Iacet vero in eo loco se
pultus quo dudū pharao rex habitauerat.
Et qñ postulatione sua defugatis ab eodē
loco serpentibus. egyptios a tactu aspiduz
facit esse securos Magna eum ibi religione
egyptij venerant. hec Iero⁹. Daniel ꝓpt
veritatē leonibus deputatus fuit in quoꝝ
lacu ꝑmansit sex diebus. Ad quez adduct⁹
est ꝑ angelū Habacuc ut cibaret euz. vt scri-
bit daniel vltimo ca. Iohānes baptista
ꝙa arguebat herodē ꝓpt herodiadez quaz
tulerat fratri suo philippo vxorem vt refert
Marcus ca. vj. in vinculis positus ē ⁊ capi-
te truncatus. Anaxagoras apud Athenē
ses reus factus ē ꝙa dixit solē esse lāpadē ar-
dentē. negans vtiq̄z esse deū ut dicit Aug⁹
li. xviij. ō ciui. dei Socrates ꝓpt veritatis pa
trocinium veneno periit. Cicero ut scribit
Plutarc⁹ quartū ⁊ sexagesimū agēs annū.
iussu Marci antonij ꝓpter philippicas q̄s
ꝑ eū scripserat capite ⁊ dextera truncatus ē
Sed lactantius defendere volens verū cul-
tū ꝑi aduersus deos falsos gentiliū. cicero-
nem reprehendit quia in rebus diuinis timu
it veritatē. sua eloquentia protegere. Inq̄t
enim li. v. sic. Luz intellexisset Cicero falsa
esse que hoies adorarent multa q̄z dixisset q̄
ad euersionē religionuz valerent. subdidit
illa non esse vulgo disputanda. Et infra se-
quitur. Si q̄d tibi virtutis est Cicero expe-
rire ꝑ lin facere sapientez. digna res est vbi
oēs eloquentie tue vires eperas ⁊ Nō enī ve-
renduz est ne tibi in taz bona causa deficiat
illa modeſtiſſima nolens cuꝝ tot que mūda ne erant cōuerſari unde diſceſſit. Audierūt aūt vicini ⁊ ognati q̄ helisabeth peperiſſet. Et q̄a magnificauit dñs mīam ſuā cuꝝ illa ideſt magnā mīam et fecit auferendo ſterilitatis oꝓbꝝ. ⁊ dando ei tantū ac talez filiū ſic annunciatū mirabilit' ⁊ cōceptū ſup nāliter. Et ꝯgratulabant' ei ſicut p̄dixerat angelus. ¶Quinta excellentia natiuitatis beati iohānis oī ſancta nominatio. vt enīz dicit lucas Die octauo venerūt circūcidere puerū ⁊ vocabant eū noīe patris ſui Zacharīā. Et rñdens mater eius dixit. Nequaq̄z. ſed vocabit' iohānes Hoc aūt ſm ⁊Nico. ō lira fuit ſibi a deo reuelatū. q̄a a marito nō didicit cū eſſet factus mutus anteq̄z rediret ad eā de tēplo. Dicebant ꝯ ſui helisabeth. ⁊Nemo eſt in cognatōne tua q̄ vocetur hoc noīe. Q̄ō nō ē intelligendū p̄ gente iudeorū ſed p̄ his q̄ erant de genere ſiue ſtirpe helisabeth ⁊ Zacharie Innuebāt aūt p̄ri eius ſ. p̄ ſigna quē vellet vocari eū. ⁊ poſtulās pugillarē ſcripſit dicens. Iohes ē nomen eius idest hoc nomē nō ei impono ſed impositus eſt a deo. Et mirati ſūt vniuerſi ex mirabili conuenientia patris ⁊ matris in noīe pueri Apertū eſt aūt illico os Zacharie et lingua eius ⁊ loq̄batur bñdicens deū. Et factus ē timor magnus ſup vicinos eoꝝ. ⁊ ſuper oia mōtana iudee diuulgabant' oīa verba hec Et poſuerunt oēs q̄ audierant in corde ſuo dicentes. Quis putas puer iſte erit? Etenīz manus dñi erat cū illo. idest virtus dei opatiua miraculoꝝ in eius annūciatione: ꝯceptione: ⁊ natiuitate oſtenſoꝝ. Ex quibus rōnabiliter cōcludebat' magnitudo pueri futura coꝝ deo. Et Zacharias impletus ē ſpiritu ſcō ⁊ ꝓphetauit bñdicendo deū atq̄z p̄nunciādo imminētia ſacramēta nr̄e redēptionis. atq̄z futura geſta miranda pueri nati. Dicebat ergo bñdictus dñs omnīuz. ſ. p̄ generalē gubernationē. ꝺcus p̄ creationez. iſrl'p̄ ſpecialē cultū ⁊ deuotionē ⁊ bñficioꝝ ſpecialiū p̄ro iſrl'exhibitionez. q̄a viſitauit i. viſitabit more ꝓphetico loq̄t' Hec viſitatio fuit facta in p̄ri natiuitate. q̄ erat adhuc futura ⁊ in ſua cōuerſatione. Et fecit redēptionē. ſ. in ſua benedicta paſſione plebis ſue Et erexit coꝝ ſalutis nobis. idest virtutē cōſequendi ſalutē eternā in ſua reſurrectio

UVA. BHSC. IyR_226

ne. ꝙa resurrexit ad vitā imortalez. educens ſactos patres de lumbo. et in ſua aſcēſione. ꝙa illos ad celeſtia introduxit. In domo da uid pueri ſui. ꝙa iſta adimpleuit xp̄s i carne aſſumpta de domo dauid. Sicut locutus ē p os ſanctorū ꝙ a ſeculo ſūt .pphetarū eius ꝙa ſic .pmiſerat p prophetas. Salutē ex imicis nr̄is. ſupple. cōſecuti ſumus p xp̄m. de mundo: carne: ⁊ dyabolo. Et de manu omnū qui oderūt nos. Ad faciendā mīam cū patrib⁹ nr̄is. ꝙa miſterū incarnationis impleuit non .ppter noſtrā iuſtificationē. ſed ppter ſuā miſericordiā implēdā quā patribus .pmiſit Et memorari teſtamēti ſui ſancti. idest pacti firmiſſimi qō habuit cum patribus veteris teſtamēto ad modū memorātis ſeu recordantis ſe habuit quādo pactū impleuit Juſiurandū qō iurauit ad abraā patrē noſtrū daturū ſe nobis. Ut ſine timore de manu inimicorū nr̄oū liberati ſeruiamus illi. In ſanctitate ⁊ iuſticia cora ipſo omnibus diebus nr̄is. Et tu puer propheta altiſſimi vocaberis ⁊ Hūc dirigit ſermonē ad filiū natū. ⁊ Preibis enīz ante faciē dñi parare vias eius. ſ. p predicationē xp̄m annuciādo. Ad dandā ſcientiā ſalutis plebi eius in remiſſionē peccatorū eor. ⁊ Per viſcera mīe dei nr̄i idest p intimā ⁊ occultā dei mīam facta ſūt hec. in ꝙbus viſitauit nos oriens ex alto. ⁊ Il luminare bis ꝙ i tenebris et vmbra mortis ſedent. i. patrib⁹ in lumbo exiſtentibus. ad dirigēdos pedes nr̄os i viā pacis. O Zacharia pater tāti filij de quo tāta miracula oculis cōſpexiſti. O ſenex admodū venerande. ꝙ prolē ex te genitā a deo electā non dubitaſti. O vir ſanctiſſime ꝙ ſpūm ſanctū in tua mente p experientiā noui luminis ſuauiſſimiqz ſpūalis guſtus ſenſiſti. Et qs explicet iocūditatē ⁊ leticiā cordis tui? Quis enarret cōſolationē anime tue? ⁊ Non mirū igit ſi canticū quod iam expoſuimus deum laudando ac benedicendo cecinisti.

De ſanctitate iohānis baptiſte quā demōſtrant quinqz virtutes illius precipue ⁊ ſingulariſſime. Capitulū ſcōm.

Secundū miſterium contemplandum de iohanne baptiſta dicit ſanctitatis. Quanta enim ſā ctitate fuerit preditus colligere poſſumus precipue ex quinqz.

Primo ex mūdi derelictione
Scōo ex corporis mortificatione
Tertio ex humili cōfeſſione
Quarto ex feruenti p̄dicatione
Quinto ex martyrij tolleratione

Primo apparet ſanctitas iohānis ex mūdi derelictione. ⁊ Nā ſpū ſcō afflatus nō puerili leuitate motus in etate tenera. paterna domo relicta. ad ſolitudines deſerti ſe cōtulit. Qua ppter eccleſia ipſuz alloquēs ait. Intra deſerti teneris ſub annis ciuiuz turmas fugiens petiſti. ne leui ſaltē maculare vitaz famine poſſes. Manſit aūt ibi abſqz hominū quoꝝūcūqz cōuerſatione vſqz ad tpa ſui baptiſmi ſiue p̄dicationis. ⁊ Hec ē heſitāduz q parētes ſui paſſi ſint priuari p̄ſentia vnici filij. cuz ſcirent ex his ꝙ in eius cōceptione et natiuitate p̄ceſſerāt. puerū illū ad oia ei⁹ geſta p ſpūm ſanctū dirigi ⁊ regulari. Sed circa hoc poſſet aliquis q̄rere vtrū ſit perfectior vita ſolitaria q̄z ſocialis. Et q̄dam fortaſſe dicerent q ſocialis. tū ꝙa ut ait ſapiēs Eccleſiaſticus iij. ca: Melius eſt duos eſſe q̄z vnū. quia vnus iuuat ab alio. Tuz ꝙa matheꝰ xviij. xp̄s dixit. Ubi fuerint duo vl tres in nomine meo cōgregati in medio eoꝝ ſū. Tū etiā quia ſolitaria vita videt eſſe cōtra naturā hois ⁊ Nā ut p̄hus dicit in p° politice Homo eſt animal ſociale. Sed Aug⁹ in libro de operibus monachoꝝ. illos ſanctos res eſſe dicit qui a cōſpectu hominuz ſeparati nullius ad ſe p̄bent accеſſū. Ad plenioꝛē tñ intelligētiā ⁊ obiectorū declarationē notāda ſunt verba ſancti Tho. qui 2ª 2ᵉ. q. cēteꝛma. clxxxviij. ait. q ſolitudo nō eſt eſſentia p fectionis. ſed p fectōnis inſtrumētū. nō tñ ē inſtrumētū cōgruū actiom ſz cōtēplationi Ideo nō ꝓgruit religionib⁹ q ſūt ordinate ad opa vite actiue ſiue corpalia ſeu ſpiritualia niſi forte ad tempus exemplo xp̄i. qui vt dicatur luce vj. Erat pnoctans in oꝛone dei Cōpetit itaqz ſolitudo religionibus q̄ ſunt ad cōtēplationē ordinate. ⁊ Notādū tñ ē q illud qō eſt ſolitariū debet eſſe ſibi p ſe ſufficiens. hoc aūt eſt cui nihil deeſt quod pertinet ad rōnem p fecti. Et ideo ſolitudo cōpetit cōtemplanti q̄ iam ad p fectuz peruenit. Qō quidē contingit duplicit. Uno modo

UVA. BHSC. IyR_226

ex solo diuino munere. sicut fuit de iohāne baptista. q̄ ut dictum ē repletus fuit spū scō adhuc ex utero matris sue. Alio mō p exercitiū virtuosi actus. ad qō exercitiū iuuat hō ex alior societate duplr. Uno mō q̄tū ad intellectū ut instruat in his q̄ sūt cōtēplanda. Unde dicit ad rusticū monachum Mihi placet vt habeas sacrū cōtubernium. nec ipse te doceas. Scōo q̄tū ad effectū vt s. noxie affectiones hois reprimant exemplo ⁊ correptione aliorū. quare vita solitaria si debite assumat pertinet vite sociali Si aūt absq; precedenti exercicio talis vita assumat est periculosissima nisi p diuinā grām supleatur qō in alijs p exercitiū acquirit. sicut patet de beatis Antonio ⁊ Benedicto. Et sic q̄uis melius sit esse duos q̄ vnū. duo vnus indiget auxilio alterius. tū hoc auxilio non indigent q̄ sūt p̄fectionē assecuti Sicut etiā xp̄s ē in medio eor q̄ sūt in suo nōie congregati. ita vt dr p° iohis iij. ca. Deus charitas ē et q̄ manet in charitate in deo manet ⁊ deus in eo. Solitarie xo viuere pōt dupr ce. aut ꝓpter animi seuiciā ⁊ hoc est bestiale. Aut ꝓpter contēplationē. dū alijs a p̄sātione aliorū se sepat ut liberius vacet rebus diuinis ⁊ studio sapiētie. ꝓpterea Aristo. primo politice dixit. q̄ ille q̄ alijs nō cōmunicat ē bestia aut deus. i. diuinꝰ vir.

Scōo apparet sanctitas iohis ex corpis mortificatione Nā vt scribit marcus p° ca. Erat iohānes vestitus pilis cameli ⁊ zona pellicea circa lūbos eius. ⁊ locustas ⁊ mel siluestre edebat. Idē habet Math. iij. ca. vbi Nicoꝰ de lira inq̄t. Locuste sūt parua aīalia volantia p modū saltus ⁊ reperiunt in deserto iudee ⁊ frixa cū oleo sūt cibus pauperū. Quidā xo putāt locustas hic appellari nō aīalia illa. sz genus herbarū qō vsui hūano conuenire pōt Uescebat itaq; iohānes q̄cūq; mō locuste accipiant cibo nō lauto primo tenui ⁊ insipido atq; austero Sumebat etiā mel siluestre qō scōm Nico. de lira reperit i trūcis arbor

Tertio apparet sanctitas iohis ex humili cōfessione. Nā q̄n iudei miserūt ad eum sacerdotes ⁊ leuitas ut scribit iohis p° ca°. vt interrogarent eū. Tu q̄s es: nō sup̄le locutus est quasi de seipso p̄sumens. q̄n primo humiliter rndit. ⁊ p̄fessus ē veritatē dicens. q̄a nō erat xp̄s: neq; helias in ꝓsona: neq; propheta ille videlicet quē ipsi q̄rebāt. sed dixit Ego vox clamantis in deserto: dirigite viam dñi. Cōgrue aūt se vocē appellauit Primo q̄a vox ordinat ad verbi exp̄ssionē. Moces enī sūt earū q̄ sūt in aīa passionū note. vt dicit Aristo. i p° periarmenior. Sic iohānes expressit verbū incarnatum. Scōo de rōne vocis est q̄ respectu verbi sit noticia prior. origine tū posterior. Nā sm rōnē originis prius verbū cōcipit q̄z vox formet. Johes ergo fuit vox. quia respectu xp̄i fuit noticia p̄or licet esset origine posterior. Tertio vox transit: verbū aūt manet. Johes ergo cū dicit se vocē insinuat se transiturū xp̄m xo p̄ mansurū. Tandez de xp̄o alta ꝓtulit. de se humillima cū subdidit Ego baptizo i aqua Medius aūt vestrū stetit quez vos nescitis. Et dr medius scōm Nico. ō lira. i. cōmuniter viuens inter hoies. quē iudei q̄tū ad diuinitatē nesciebāt. Subdidit iohes. Ipse ē q̄ post me venturus est. s. ad p̄dicandū ⁊ misterū redēptionis cōplendū. Qui ante me factꝰ ē. i. mihi prelatus in dignitate cuiꝰ nō sū dignus ut soluā eius corrigiā calciamēti

Quarto ostenditur sanctitas iohis ex feruenti p̄dicatione. Nam ut dr luce iij. ca. Factū est verbum dñi. i. diuina inspiratio super iohānē zacharie filiū in deserto ⁊ venit i oēm regionē iordanis p̄dicās baptismū penitentie. Et ut ait Math. iij. ca. Exibat ad eū hierosolima. i. ꝓplus de urbm. ⁊ accipit hic cōtinens p cōtento. Et ois iudea. i. multi. Et ē hic q̄dā figura sm Nico. de lira q̄ vocatur ypperbole. i. locutio multū exp̄ssiua. Inchoauit aūt p̄dicationē suā sicut ⁊ xp̄us dicens Penitētiā agite. deinde quatuor p̄cepta docuit. Primū docuit phariseos. nā ut scribitur mathei iij. ca. Uidens iohānes multos phariseorū ⁊ saduceorū venientes ad baptismū suū. nō tū credentes scōm veritatem vt dicit Nico. ō lira. sed magis ad simulationē ⁊ insidiationez. Exquo xp̄s ut patet mathei xxj. ca. querēs de baptismo iohānis an esset e celo vel ab hoibus cū nō fuissent pharisei ausi rndere. dixit. Quare nō credidistis ei. Idē dicit iosephus in xix. antiquitatū li. Ipse iohānes dixit illis. progenies viperaz q̄a venenū erroris ⁊ ypocrisis a suis ꝓgenitoribꝰ traxerāt. Quis demōstrabit vobis fugere a vētura ira: quasi dicat. licet falsitas

UVA. BHSC. IyR_226

vestra lateat in cõspectu ꝑ̃ti. tñ nõ poterit latere in cõspectu dei. facite ergo fructus dignos penitẽtie. ⁊ ne velitis dicere intra vos patrẽ habemus abraam. Ait enĩ ait ⁊Nico. de lira. pharisei de hoc gloriabant' quia de abraã descenderant. Et ideo ex ꝓmissione facta abrae. sine operibus salutez cõsequi ꝑ sumebant. Et hoc ẽ manifeste falsuz. qa nõ dicũtur filij abrae ex carnali propagatione sed magis ex fidei imitatõne vt dr ad romanos iij. ca. Et ideo qa pharisei ⁊ legisperiti fidẽ habrae de xpo respuerũt. ideo nomen filiationis habrae ꝑdiderunt. Et hoc ẽ qõ dicit iohãnes. Et ne velitis dicere intra vos ꝑ falsã. s. extimationẽ patrẽ habemus abraã. qa nõ est sic scõm veritatẽ. Ecõuerso gentiles fidẽ xꝑ̃i deuote ad ꝑdicationẽ apl'orũ receperũt. ideo filij abrae facti sũt. Et hoc est qõ subdidit iohannes. Dico enĩ vobis qñ potens est deus de lapidibus istis suscitare filios abrae. Scõm ⁊Nico. de lira tenẽt aliq̃ q̃ iohãnes demõstrauit illos lapides quos filij ysrl̃ de ꝓfũdo iordanis attulerũt vt habetur iosue iij. ca. in memoriã miraculi q̃ dñs in trãsitu eorũ aquas iordanis siccauit Sed ꝑ illos lapides iohãnes gentiles signifi cauit. qa colebãt ydola de lapidibus facta. ¶ filij ergo abrae de lapidibus suscitati sunt qñ iudeis ꝑ infidelitatẽ a filiatione abrae recedentibus. gentiles fidez xꝑ̃i recipientes in locũ eorũ substituti sunt. Et qa doctor veritatis nõ solũ debet vicia confidenter arguere sed etiã penã ꝓducere. Ideo subdidit iohannes. Jam enĩ securis. i. securitas diuini iudicij posita est ad radicẽ. Omnis arbor q̃ nõ facit fructũ bonũ excidẽ ⁊ in ignẽ mittetur. Scõm ꝑceptũ docuit turbas. naz vt scribit' luce iij. ca. Interrogabant iohãnez turbe qd essent facture. At ille respondens dicebat. Qui habet duas tunicas det vnaz nõ habenti. qõ intelligit' scõm ⁊Nico. de lira qñ tunica esset suppriua. Tertiũ ꝑceptum docuit publicanos officiales impatoris. nihil inqt pluscz vobis constitutũ est faciatis ⁊Hoc aũt dixit qa collectores taliũ solẽt esse proni ad plus colligendũ q̃z sit eis mãdatũ. vt qõ est amplius remaneat. Quartũ ꝑceptũ docuit milites cũ dixit eis vt scribit' luce iij. ca. ⁊Neminẽ ꝑcutiatis. s. oꝑtunẽdo pauperes ⁊ eos despiciendo. neqz calũniã faciatis. i. nõ imponatis falsũ crimen diuitib⁹ et potentibus vt occasionẽ extorquendi bona eorũ habeatis. qa ꝑ altã viã a talibus bona recipe nõ possũt. Cõtenti estote stipendijs vestris. ¶ Quinto ostendit' sanctitas iohis ex martirij tolleratione. Ait enĩ scribit' matthei iiij. ca. ⁊ marci vj. ca. Decollatus fuit iohes iubente herode. Hic vt habet' in hystoria scolastica vxorem fratris sui philippi abstulit. ⁊ Arethã regẽ. ⁊ herodẽ agrippaz. ⁊ philippũ in sui inimicitiã cõcitauit. Johes ergo eum de hoc arguebat. qõ sibi ⁊ herodi molestissimũ erat ⁊ odiosũ. ⁊Naz ut ait Terentius. Obsequiũ amicos: veritas odium parit. Et Jero⁹ in epla ad occeanũ inquit. Jta se habz nã ut amara sit veritas. Videsne ita qz herodes qa iohãnes cũ tã dure redargueret. Et qa ob ꝑdicationẽ ⁊ baptismum ẽm iosephũ magnũ ꝓphẽm cõgregaret. ipsuz in carcere vinculauit in Macherõta castello arabie. in hoc vxori placere cupiens ⁊ populi sequentis iohãnẽ dispendiũ ptimescẽs Desiderabat aũt ipsũ occidere sed ꝓphẽm formidabat. Tandẽ excogitauit dolose ⁊ nõ sine cõfabulatione atqz consilio herodiadis maligne. vt natalis sui diẽ cozã primis galilee suisqz principibus celebraret. Jsta enim erat cõsuetudo apud antiquos. q̃ ꝓncipes sollemnizabãt diẽ sue natiuitatis. ⁊ diẽ etiã natalis imperij sui in quo cozonabãt. ãre herodes ꝓuocatis magnatibus et nobilib⁹ multis. conuiuiũ illis letissimũ atqz lautissimũ ꝓparauit. quo saltauit filia herodiadis ideꝫ tripudiauit. Et hoc fuit ex dispositione matris ⁊ ipsius herodis. qã cũ iuramẽto ꝓmisit ei dare qõ peteret. que ꝑmonita a matre petuit caput iohãnis baptiste. Et cõtristatus ẽ rex: ficte tñ ⁊ scõm apparentiã ⁊Nam ut inqt Beda. licet cõtristaret' in facie letabat' tñ in corde. Simulabat aũt cõtristationẽ ꝓpter iusiurandũ qõ infringere iudicabat illicitũ. Sed ut ait Ambrosius. de officijs Herodes saltatrici premiũ turpiter ꝓmisit. crudeliter soluit. nã ut refert ⁊Nicolaus de lira. In promissione facta in generali etiã cuz iuramẽto nõ intelligit' aliquid illicituz sub obligatione cadere. cuius modi erat interfectio iohãnis. Et de hꝫ plene habet' in decretis xxj. q. iij. quasi ꝑ totũ Misso itaqz herodes speculatore decollauit

UVA. BHSC. IyR_226

iohñē in carcere. ⁊ allatū est caput eius in disco. ⁊ datū est puelle. ⁊ illa tulit matri sue Discipuli aut̄ accipiētes corpus sepelierūt illud in sebaste. vt ponit̄ i xij. libro hystorie ecclesiastice. Herodias aūt caput iohannis in urīm fecit deferri. ⁊ iuxta herodis habitaculū caute sepeliri. Fuit ẋo iohēs decollat⁹ circa dies agonorū anno p̄cedente passionē xp̄i. De quo sic loq̄tur Crisosto. Johānes scola virtutū: magisteriū vite: sanctitatis forma: norma iusticie. virginitatis speculū: pudicicie titulus: castitatis exemplū: penitēte via: petēt̄ venia: fidei disciplina. iohannes maior hoīe: par angelis: legis sūma: euangelij sanctio: apl̄orū vox: silentiū ꝓphetarum lucerna mūdi: precursor iudicis: xp̄i mediator: oīs testis: totius mundi trinitatis. Et hic cātus dat̄ incestui: tradit̄ adultere: adducit̄ saltatrici.

De quinq; dignitatibus q̄ ostendūt q̄z sit sublimis inter sanctos iohēs baptista. Cap. tertiū.

Certū misteriū contemplandū de btō iohāne baptista dn̄ō sublimitatis. In q̄ q̄z sublimis inter scōs sit aperiemus. possumus aūt id facile ꝓprehendere si considerare voluerimus quinq; illi⁹ p̄cipue dignitates

Prima dr̄ sanctificationis
Scōa cōmendationis
Tertia celebrationis
Quarta veneratiōis
Quinta glorificationis

Prima dignitas bti iohis dr̄ sanctificationis. Fuit q̄dē in vtero matris sanctificatus. Vñ ecclesia dicit de eo illud Jeremie p⁹ ca. Anteq̄z exires ō ventre sanctificaui te. Ob istā sanctificationē purgatus fuit a plaga originalis culpe. vñ si i vtero matris accessisset ad sinū abrae euolasset. cū ceteri vadant in infernū q̄ ibi morīt̄. Fuit insup in vtero matris letificatus. cū tñ ceteri ibi sint cū tristicia. Multaq; alia spūalia dona ē cōsecutus. quare gabriel p̄dixit patri. Spū sancto replebitur adhuc ex vtero mr̄is sue. Scōa dignitas beati iohānis dr̄ cōmendationis. Quidnā certius ⁊ firmius ostendere pōt p̄ eminentiā alicuius q̄z sententia ⁊ laus ex ore diuino p̄cedēs. Turpe est laudari a malis viris. p̄ q̄bus ait Seneca in puerbijs. Tā turpe ē laudari a turpibus q̄z si lauderis ob turpia. Glorioſū ergo ē cū q̄s laudat̄ a sapientib⁹: a viris grauibus ⁊ pstantissimis Sz sup oīa grande ē ⁊ ineffabile donū dū q̄s extollit̄ laudib⁹ ab ore diuino. Ait enim ad Jero⁹ in sermone ad paulā ⁊ custochium. Quicq̄d hūanis dicī pōt verbis minus ē a laude dei. Ex his aūt quos deus dignatus ē cōmendare nullus laudibus fulget q̄ntus iohānes baptista. Dixit enī deus noe genesis vij. ca. Te enī vidi iustū cor̄ā me ex omnib⁹ gentibus. Et de dauid ps. lxxxviij. Inueni aūt dauid seruū meū oleo scō meo unxi eū Et de iob ut patet eiusdē p⁹ ca. Nūq̄d cōsideraſti seruū meū iob q̄ non sit ei similis in terra. Et de paulo actuū ix. ca. Vas electionis est mihi. Et de cēturione math. viij. ca. Nō inuenī tantā fidē in isr̄l. Et petro dixit xp̄s math. xvj. ca. Beat⁹ es simon bariona. Sed ō iohāne multo plura multaq; maiora locutus est. nam ut scribit̄ mathei xi. ca. dixit ih̄s turbis de iohāne. Quid existis in desertū videre c̄. vbi cōmendauit eum de quatuor. Primo de soliditate fidei ⁊ cōstātia cū dixit. Quid existis in desertuz videre arundinē vento agitatā. quasi dicat. nō. q̄a iohānes fuit ita ꝓpositus q̄ nec timore nec fauore a veritate declinabat. Scōo cōmendauit eū ab austeritate penitētie. dū subdidit. hoiez mollibus vestitū: quasi dicat nō. Tertio cōmēdauit eū a claritate noticie dū seq̄tur. ꝓphetā: Etiā dico vobis plusq̄z ꝓphetā. Et dr̄ plusq̄z ꝓpheta q̄a non solum xp̄m p̄uidit venturū ⁊ p̄edixit sicut alij ꝓphete sed etiā ipsū digito ostēdit. Quarto ꝓmēdauit eū ab auctoritate doctrine dicēs Hic ē de quo scriptū ē. s. p Malachiā. Ecce ego mitto angelū meū. i. iohānē qui vitam duxit angelicā ante faciē meaz. q̄ ꝓparabit viā tuā ante te. Amen dico vobis inter natos mulierū nō surrexit maior iohāne baptista. Tertia dignitas beati iohis dr̄ celebrationis De solo nanq; ihu xp̄o ⁊ virgine matre iohāneq; baptista narrant̄ p̄conia natiuitatis. Idcirco ecclesia solēniter celebrat natiuitatē eoz. Hinc Aug⁹ in sermone qui legit̄ i officio p̄sentis sollēnitatis ait Post illū sacrosanctū dñi natalis diē nullius hois natiuitatē legimus celebrari nisi solam iohis baptiste In alijs enī sanctis ⁊ electis dei nouimus diē illū colī quos illos p⁹

UVA. BHSC. IyR_226

consumationē laborū ⁊ defunctum triūphatumq; mūdū in perpetuas eternitates p̄sens hec vita parturiyt. In alijs cōsumata vltimi diei merita celebrant. In hoc etiā p̄ma dies ⁊ ipsa hominis inicia cōsecrantur.

¶ Quarta dignitas beati iohīs dī veneratiōis. Voluit nanq; deus cōcurrentibus miraculis plurimis reliquias corporis eius a fidelibus venerari. Legit enim in hystoria ecclesiastica. q̄ cuz ad tumulū iohānis multa miracula fierent. iubēte Juliano apostata gentiles ossa eius sparserunt. Et cum miracula nō cessarēt. postea collecta et in igne cōcremata in puluerē redegerūt et p agros ventilauerunt. Tandē cineres illi collecti a quibusdā monachis hierosolimaz fuere delati. deinde post aliqua tēpora ianuā trāslati vbi nūc deuote coluntur. Sicut Alexander tertius. ⁊ Innocentius iij. rei veritate cognita suis p̄uilegijs approbarūt. Caput vero eius tpe Marciani principis inuentū est. Duobus quidē monachis beat⁹ iohannes caput suuz in visu manifestauit. qui ad locum p̄perantes vbi sepultum tamdiu latuerat inuenerūt. illud saccis cilicinis inuolutū. q̄ postmodū Constantinopolim. inde ad gallias regnante Pipino est translatum. Vltimo ad vrbem deductū ⁊ in ecclesia sancti Siluestri honorifice reseruatum. Digitus insup̄ ille quo dn̄m ostenderat cō buri nō potuit ut refert mḡr iohānes Beleth. qui a fidelibus cōseruatus. postmodū a sancta Tecla de vltramarinis partib⁹ in Normandiā delatus est.

¶ Quinta dignitas beati iohānis dicit glorificatōnis. Credendū quippe est q̄ in celo magna sit gloria eius. et q̄ positus sit in supremo ordine angelorū. atq; in sede luciferi collocatus. Nam illa sedes non fuit reparata p̄ christuz. quia stat ad dexteram patris. nec per virginē q̄ stat super choros angelorū. nec per aliū sanctum. quia ut p̄dictū est. Inter natos mulierū non surrexit maior iohanne baptista. Et sicut magnus fuit meritis et sanctitate. ita magnus est gloria ⁊ felicitate. Cuius patrocinū deuote implorātes sperare possūt illius intercessione conseq̄ in hoc seculo dei gratiam ⁊ in futuro gloriam sempiternam In qua viuit ⁊ regnat de⁹ per omnia secula seculorum. Amen.

Sermo trigesimus secūdus de sancto Paulo apostolo doctore sūmo gentiū.

Quas electionis est mihi. dominus nr̄s ihū x̄pi verba sūt ista originaliter actuz ix. ca. Ad laudes ingentes beati ap̄li pauli extollendas hodierna die merito ē laborādū. Ipse nāq; sua cruditione mirabili. x̄pi benedicti nomē gentibus patefecit. Ipse sue cōuersionis exēplo peccatoribus ad penitentiā redire volētib⁹ spem de venia cōsequēda dedit. Ipse vtiq; verbis ⁊ factis adeo clare x̄pm a mortuis resuscitatū atq; in dexterā dei patris sedentez ostendit. vt nullus amplius nisi volens de fide x̄pi dubitare queat. Ad ipsū igit̄ exhortemonē vertamus q̄ prius nois ihesu ardentissimus p̄secutor. exposit factus ē illi⁹ defensor acerrimus ⁊ p̄dicator eximius. in quo postemendatū delictuz tanta supabūdauit gra vt etiā in hac vita mortali ad visionez diuine essentie raperet. De ipso pyssimus ihūs ananie discipulo suo fidelissimo retulit verba in themate posita. In quibus de paulo glorioſissimo tria misteria ꝓponimus contemplanda.

¶ Primū dī p̄secutionis
Scōm cōuersionis
Tertiū visionis

¶ Qualiter paulus feruebat in p̄secutionem discipulorz Cap̄. p̄mū.

¶ Primū misteriū cōtemplandū de paulo dī p̄secutionis. Ipse nāq; validissime ecclesiaz expugnare tēpta uit. Nam lucas actuū ix. ca. dicit. Saulus aūt adhuc spirās ideſt ex vehementi spū ignez p̄secutionis accendens in se ⁊ in alios. cōtra ecclesiā minarū in verbis iniuriosis. ⁊ cedis. i. in verberibus et flagellis in discipulos dn̄i accessit ad p̄ncipē sacerdotū ⁊ petijt ab eo epl̄as i damascum ad sinagogas vt si quos inuenisset huius vie viros ac mulieres vinctos illos p̄duceret in ir̄m. Sed p̄o huius partis plenior intelligentia circa septez dubitare cōtingit.

¶ Primo circa nominis mutationē
Scōo circa sugbie occasionē
Tertio circa tēporis dilationem

UVA. BHSC. IyR_226

Quarto circa mīe cōsecutionē
Quinto circa liberi arbitrij dispositionez.
Sexto circa discipulor distinctionē
Septimo circa potestatis acceptionē
Primo dubitat circa nois mutatōnē. q̄re
s. nomē pauli mutatū ē cuz prius saulus vo
caret. ¶Nā mutatio nois ē prohibita. C. de
mutat. no. l. i. Sz ad hoc rndet Jo. andree
in glo. in ꝓlogo sexti libri decretaliū. q̄ lex
illa loquit de mutatione fraudulenta. Tñ
interdū licet mutare nomen ut ꝑ mutatio
nē nois ostēdat facta mutatio hois. Sicut
iacob vocat⁹ fuit isrl ex eo q̄ vidit dñm. vt
patet genesis xxxij. ca. Et simon vocatus est
petrus ex cōfessione diuinitatis i ꝓpo ut scri
bit matheꝰ xvj. ca. Et in romanis pontifici
bus mutari solet nomen. ¶Nā Martin⁹ q̄n
tus antea vocatus est oddo de colūna. Eu
genius iij. Gabriel. ¶Nicolaus quint⁹ tho
mas. Calixtus iij. alfonsus. ¶Pius secūdus
Eneas. ¶Paulus ij. petr⁹. Et Sixtus iij. di
cebat franciscus ¶Ró vero talis mutatois
est q̄a nomē debet cōuenire rei. sicut ꝑz xxj.
di. ca. cleros. ¶ de ꝓbēn. ¶ digni. ca. cū scōm.
Et xvj. q. i. ca. si cupis Et instituta ō dona.
ꝯ. Est. ¶ Tamē de nomine pauli tres opi
niones inueniunt. ¶Prima est Origenis q̄
dicit. q̄ semper fuit binomius ¶ vocatus fit
semp saulus ¶ paulus. Scōa est ¶Rabbani
q̄ ait q̄ ante cōuersionem dictus ē saulus a
saule supbo. post cōuersionē vero dictus est
paulus quasi paruulus a virtute hūilitatis
Mñ nomē suū interꝑtando ꝑ⁹ ad cozinth⁹.
xv. ca. ait. Ego sū minimus apl̄oz. Tertia ē
opinio ¶Hieronymi ¶ Bede q̄ asserūt q̄ vo
catus sit paulus a primo spolio q̄ cōtulit
ecclesie. s. sergio paulo ꝓcōsule quē ad fidez
cōuertit sicut ꝑz actuū xiij. ca. ¶ Scōo du
bitat circa supbie occasionē. quare vz pau
lus erat ita supbus ut spōte ingereret se ad
ꝓsequendū xp̄m. naz nō vocatus accessit ad
principē sacerdotū. Et ad hoc dicere possū
mus q̄ tria erant in illo quibus disponeba
tur ad extollendū.

¶Primū nobilitas generis
Scōm claritas scientie
Tertiū etas florens

¶Primū q̄ō erat in paulo fuit nobilitas ge
neris. ¶Jn q̄t eni Aug⁹ in sermone. Erat āt
paulus de tribu beniamin. sicut ipse testat

Et ad romanos xj. ca. ipse ait. Ego israhelita
sū ex semine abrae ō tribu beniamin. Ex
quo dicit glo. in ca. venerabilis. de ꝓben. et
digni. q̄ fuit nobilis Tribus ꝑo beniamin
satis in scriptura magnificat. tū q̄a illi i di
uisione terre ꝓmissionis ulīm fuit distribu
ta. sicut patet iosue xviij. ca. tum q̄a habuit
bellatores strenuos sicut notat iudicuz. xx.
ca. tū etiā q̄a ex illa tribu ꝑm ¶Hiero. fuerūt
ꝑ maiorē ꝑte innocētes interfecti. Merūtñ
plerīq; mirari solent ex his q̄ audiūt duz de
se paulus loq̄tur. Actuū nanq; ca. xx. dixit
Ego sum vir iudeus tharso cilicie natus. Et
ꝑ⁹ ad cozinthios xj. ca. hebrei sunt ¶ ego. Et
actuū xxiij. ca. ¶Pharisē⁹ in q̄t fū ¶ filī⁹ pha
riseorū. Tñ cū centurio iussisset cū verbera
ri dixit se ciuē romanū. ut habet actuū ca⁰
xxij. Et idē coram tribuno cōfirmauit. Ad
q̄ rndet ¶Nico. de lira sup xxij. ca. actuū. et
sup iij. ca⁰. ꝑ⁹ ad thimotheū. q̄ paꝰ pauli a
¶Romanis obtinuerat romanā ciuilitatez
Jdeo cū tribun⁹ dixisset. Ego multa sūma
pecunie ciuilitatē hanc adeptus sū. paulus
rndit. Ego aūt ¶ natus sū. Jdcirco nico. de
lira exponens illa verba pauli ad thimothe
um. ¶Penulā quā reliqui troado apud car
pum veniens affer tecuz ¶ libros ait. Dum
esset paulus i carcere neronis scribebat thi
motheo ut ferret sibi penulā. Erat aut̄ pe
nula vestis cōsularis q̄ a romanis data fuit
patri pauli in signuz amicitie cum ipso ¶ q̄
esset factꝰ ciuis romanus quā reseruauerat
paulus ob memoriaz patris. ¶ in signum q̄
esset romanus ciuis. si necessitas incūberet
hoc ostendendi. Erat ergo paulus natione
israelita. dignitate romanus ciuis. ¶ religio
ne phariseus. ob ista diuina magnanimus
erat ¶ audax. Merū ut in q̄t Seneca in liº ō
quatuor virtutib⁹. Magnanimitas si se su
ꝑa modū extollit. facit virū minacē: inflā
tū: inquietū ¶ turbidū ¶ i quascūq; excellē
tias dictoꝝ factoꝝq; neglecta honestate se
stimū. Scōm q̄ō erat in paulo fuit claritas
scientie. Dicit nāq; de illo Jeroꝰ. Cur pau
lus apl̄us vas electionis. nēpe q̄a vas legis
¶ scripturarū scāz armarū ē. Et actuū xxj.
ca. dixit se eruditū ad pedes gamalielis. Et
ꝑ⁹ ad cozinthios xj. ca. ait. nā ¶ si imperitus
sermone. nō tñ scientia. Ut aūt ipse inquit
Scientia inflat. Tertiū q̄ō erat in paulo

UVA. BHSC. IyR_226

erat florens etas. Erat q̃dã adolescens ℳñ actuũ vij. ca. dr̃. Testes deposuerunt vestimenta secus pedes adolescentis q̃ vocabat saulus. Et si quis obstaret q̃ potuerit ille fuisse alter qui sic noiaret. facile cõuincipotest qm̃ actuũ xpi. ca. paulus cũ humilitate ⁊ penitẽtia loquens ad dñm ait. Cũ funderetur sanguis stephani testis tui ego astabã ⁊ cõsentiebã ⁊ custodiebã vestimenta interficientiũ illũ. Cũ ergo esset in etate florenti mouebat ardenter ad psecutionez discipulorũ. ℳã ut inquit Aristo. in ij. rethorice. Juuenes sũt cõcupiscituri talia facere quecunq; cõcupiscũt. Ideo valde amãt valde desiderãt ⁊ sitiũt. Et ut vulgariter dr̃ in iuuenibus ẽ recens ⁊ buliẽs sanguis. Tertio dubitat de paulo circa tpis dilationẽ. cur s. tam diu distulit xp̃us vocare illũ ⁊ nõ cuz aliis apl̃is. Ad qõ rñdere possum⁹ q̃ sic factũ est propter tria.

Primo ppter xpi potentiã
Scõo ppter xpi sapientiã
Tertio ppter xpi clementiã

Primo ppter xpi potentiaz vt sic ostenderet q̃ post mortẽ xp̃s qui surrexit a mortuis potuit inimicos etiam benigne superare Scõo ppter sapientiaz. vt sic innotesceret multiformis sapientia dei. qui varios habz vocandi et saluandi modos. Tertio ppter clemẽtiã qua voluit ut oĩs fraudis suspitio tolleret cõuertendis gentibus. dũ talis magister est electus q̃ non solũ nõ fuisset de socijs xpi hic viuẽtis. pmo fuisset acerbissim⁹ psecutor omniũ qui inuocabãt nomen ei⁹. Et nullo comodo vl incomodo tpali timore vel fauore humano fuit ad fidẽ cõuersus ⁊ illius nois q̃ ante extinguere nitebatur defensor fuit validissim⁹. Quarto dubitatur ꝺ paulo circa mie cõsecutionẽ. quare cõsecutus est miam dei adeo ut in actu furibunde psecutionis xp̃um viderit ⁊ audierit vocantẽ. Et licet Aug⁹ dicat. Si q̃ris quare hũc trahat. illũ nõ trahat. noli duudicare si non vis errare. nihilominus rectissime pietas diuina egit cũ paulo dũ illũ ad se taz mirabiliter traxit propter tria.

Primo ppter ꝯelum
Scõo ppter meritũ
Tertio ppter exẽplũ

Primo ppter ꝯeluz quo mouebat paulus ignorans in tali psecutione q̃z grauit offendebat putabat nãq; sacrificiũ se offerre deo si xpi nomen deleret. Hoc ipse cõfirmat p̃ ad thi. p̃° ca. vbi ait. Gratias ago ei q̃ me cõfortauit in xp̃o ihu dño nr̃o. qã fidelẽ me existimauit. ponens in ministerio qui p̃r⁹ fui blasphemus et psecutor. Sed miam cõsecut⁹ sũ quia ignorãs feci in incredulitate. Et ad galathas p° ca. inqt. Audistis enĩ cõuersationẽ meã in iudaismo qm̃ supza modũ psequebar ecclesiã dei ⁊ expugnabã illã. ⁊ proficiebã in iudaismo supza multos coetaneos meos in genere meo. abũdãtius emulator existens paternarũ mearuz traditionũ Ut inqt nico. de lira sup hoc passu. Apud iudeos erant aliqua tradita patrib⁹ a moyse. s. q̃ scripta sunt in lege Et aliqua erant tradita a patribus aliis minoribus q̃ vocabant traditiones seniorũ. ut patet mathei v. ca°. ⁊ ambaz traditionũ erat apl̃us zelatissim⁹ ante suã conuersionẽ. Scõo misericorditer actũ fuit cũ paulo propter meritũ. nã scõm Auguſti. in sermone. dũ stephanus lapidaret in oratione quã fecit p his q̃ ad eius necẽ insistebant singulariter orauit p paulo quez cõspiciebat cõtra se plus ceteris corde ⁊ aio vesanire. nõ enĩ poterat manu illũ lapidib⁹ duris ferire. quia nõ spectabat nisi testibus aliquẽ lapidare. tñ paulus illoꝝ retinẽs vestimenta animabat eos vt viriliter extigerent innocentẽ. Tertio remissionẽ ⁊ gratiã inuenit paulus ppter exẽplũ. ut sic in ipso tãq̃z in speculo clare peccatores intuerent magnitudinẽ mie dei. De hoc p° ad thi. p° ca. ita scripsit. Fidelis sermo ⁊ omni acceptione dignus q̃a ihus xp̃s venit in hũc mũdũ saluos facere peccatores quoz p̃m⁹ ego sũ. Sed ideo miam cõsecutus sũ vt in me primo ostenderet xp̃s ihs oẽm patientiã ad informationẽ eoz q̃ crediturι sũt illi in vitaz eternã. Quinto dubitat circa liberi arbitrij dispositionẽ. an videlicet fuit liberuz arbitriũ eius violentatũ. Ad qõ intelligendũ notanda est illa sentẽtia dñi Bonauen. in ij. di. xxv. de qua plene dixi in quadragesimali de penitẽtia sermone p̃mo. q. aliud est voluntatẽ inducι. aliud volũtatem mutari aliud volũtate cogι Tunc enĩ inducι dr̃ q̃n aliqua ꝑsuasio ei fit qua disponit vt ad aliq̃ appetibile inclinet. q̃ si valde intensa est

UVA. BHSC. IyR_226

nomen coactionis sortit. q̃uis nõ sit vera coactio. Tũc aũt voluntas mutat q̃ ipsa nolente vim potenti virtute affectio eius mutat in õtrũ. ⁊ de nolẽte fit volens. ita q̃ vna affectio expellit ⁊ õtria inducit. Sicut cum deus amatorẽ tẽporaliũ facit tẽporaliũ cõtemptorẽ. Tũc aũt voluntas dr̃ cogi q̃ intelligit ipsã inuitã aliq̃d velle ⁊ repugnãte actu volũtatis deliberatiuo. aliena virtute mouente et repugnãtia manẽte ad aliquid inclinari nolendo. Volũtas igit cogi non pot ab aliquo. sed induci ab agente creato. ⁊ mutari valet ab agente increato. Quare ⁊ liberũ arbitriuz pauli nõ fuit coactuz. sed bene immutatũ. ⁊ de nolente factũ ẽ volẽs.

Sexto dubitat circa discipulorz distinctiõnẽ. Nã dr̃ q̃ paulus pseq̃bat discipulos. Ex hoc q̃runt aliqui. qui crãt isti discipuli. Et dicit nicolaꝰ de lira q̃ erãt oẽs credẽtes in xpm. Nã discipuli aliq̃n dicũt duodecim apli. sicut ibi mathei xix. ca. Assumpsit ihs duodecim discipulos suos ⁊c. Aliq̃n septuaginta duo. sicut luce vltimo Duo ex discipulis ibant ipsa die ⁊c. Aliq̃n oẽs fideles. naz vt Eusebius tradit in historia ecclesiastica. ⁊ habet insup actuũ xi. ca. Anteq̃z ecclesia cõgregaret anthiochie. oẽs credentes discipuli nominabant. At vbi credentium numeruꝰ ibi multiplicatus fuit xpiani nominati ceperũt. Septimo dubitat circa potestatis acceptionẽ. Quõ cũ iudei nullaz haberent potestatez paulus potuit a principe sacerdotũ illaz impetrare. Ad qõ rñdet nicolaus de lira. q̃ iudei habebãt potestatem subdelegatã a romanis p criminibus in leges eoz cõmissis. nã stephanũ more iudiciario lapidasse dicũt. q̃n testes deposituꝰ vestibus lapidabãt eũ. Et in hoc seruabãt ordinẽ iudicij in lege statutũ q̃. s. testes essent primi lapidatores Dũ itaq̃z paulus videbat q̃ fiebant p aplos tumẽs antiquã legez in qua nutritꝰ erat euacuari. ura succensus litteras impetrauit. aduocauitq̃z famulos ⁊ socios negocij sui. Eamus inq̃t fratres eamus cõcito gressu in damascũ. inuenturus ibi illos destructores nostraz traditionũ. ligabimus eos affligemusq̃z verberibus et ieuniis atq̃z in vltimũ ꝓducemus O paule q̃d cogitas? O paule quid loqueris? O paule cur tanto in discreto feruore moueris? Tu capere ꝓponis ⁊ eris captus. Tu õ discipulos paras manũ. Et deus manu sua te trahet ad gremiũ discipulorũ. Et nomẽ xpi cõfũdere satagis. ⁊ nescis adhuc q̃ in breui p noie illo paratissimus eris ligari ⁊ mori. nõ ẽ cõsiliũ cõtra dñm.

De conuersione pauli et septẽ mirabilibus que cõcurrerunt in illa. Cap. scõm.

Secundũ misteriũ ꝓtemplandũ õ pauli dr̃ cõuersionis. Fuit quippe conuersio eius miranda ⁊ singularis maxime ꝓpter septem que ibi concurrerũt.

Primũ fuit illustratio
Scõm pstratio
Tertiũ allocutio
Quartũ execatio
Quintũ visitatio
Sextũ illuminatio
Septimũ confortatio

Primũ qõ cõcurrit in cõuersione pauli dr̃ illustratio. Dicit enim actuũ ix. ca. Luz iter faceret cõtigit vt appropinquaret damasco Remigius inqt. Damascus est ciuitas metropolis sirie quã edificauit damascꝰ heliezer seruus abrae. Seq̃tur textus. Et subito circũfulsit eũ luz de celo. De ista luce posset quis asserere q̃ fuerit irrũpentis aurore vl solis orientis ⁊ hui⁹ mõi. Sed profecto ipse paulus cuius fuit cõditionis ⁊ quo tpe visa sit aptissime declarauit Actuũ xxvj. ca. Loquens nanq̃z cũ Agrippa dixit. dũ irem damascũ cũ potestate ⁊ permissu principũ ⁊ sacerdotũ die media in via vidi o rex sup splẽdorẽ solis circũfulsisse me lumẽ ⁊ cos q̃ mecuz erãt. Actuũ vero ca. xxvj. dixit q̃ luz illa fuit copiosa. Scõm qõ cõcurrit in ꝓuersione pauli dr̃ pstratio. Cecidit enim i terraz vt patet actuũ ix. ca. Et ca. xxvj. paulꝰ retulit. Cũq̃z nos cũ cecidissemus in terrã quare videt q̃ ⁊ socij eius fuerũt pstrati versꝰ faciẽ scõm glosã. Tertiũ qõ in tali cõuersione cõcurrit dr̃ allocutio. nã audiunt vocez loquentẽ ydioma hebreũ ut scribit actuuz xxvj. ca. ⁊ dicentẽ. Saule saule cur me pseq̃ris. Hec vox fuit pmo reprehensiua eo q̃ saulus pseq̃bat xpm in mẽbris suis. Scõo fuit instructiua. Querenti enim q̃s es dñe. rñdit xps. Ego sũ ihs nazarenus quẽ tu pseq̃ris. Vbi nota q̃ q̃a ex luce sũma et ex alto situ

UVA. BHSC. IyR_226

celi in qua ⁊ in quo sibi apparebat. ⁊ extinde saulū ⁊ eius socios terribiliter ꝓsternente. aperte se ingerebat ei maiestatiuū ⁊ oīpotē tem. Ideo suā humilē originē sc̄m quā fuit nazarenus. i. in naçareth conceptus ⁊ nutritus et in sua reuelatione specialiter exprimit. vt ostendat q̄ ille idē q̄ fuit inter iudeos humilis. est ad celos in tanta gloria tāq̄ dei filius exaltatus. ꝓpterea xp̄us subdidit. durū est tibi ꝛ stimulū calcitrare. i. potētiori te incōpabiliter resistere. Tertio vox illa ⁊ allocutio fuit p̄ceptiua. Tremens q̄pe paulus ac stupens de cognita xp̄i potestate ac maiestate. totus cōpunct⁹ dixit. Dñe q̄d me vis facere: quasi dicat ex nūc paratus sū tibi in oībus obedire. Cui xp̄s. Surge et ingredere ciuitatē ⁊ dicet tibi q̄d te oporteat facere. Socij aūt stabant stupefacti. audiētes quidē vocē neminē autē videntes. Hic aliq̄tulū immorandū est. qm̄ actuū xp̄i. ca. paulus dixit. Et q̄ mecū erant lumen q̄dez viderūt: vocē tū nō audierūt eius q̄ loq̄batur mecū. videt⁹ q̄ hic sit aliqua ꝓtradictio q̄a ꝓius dr̄ q̄ audierūt vocez. postea paul⁹ affirmabat cōtrariū asserēs q̄ vocē non audierūt. Ad hoc ita loq̄tur Beda super act⁹ apl̄oz̄ū. q̄ confusū vocis sonū. non aūt articulatā eius distinctionē audierūt. Et cōsiliter viderūt lucē a xp̄o irradiantē. nō aūt suā corpis formam ⁊ faciē. paulus vero ⁊ vidit xp̄m ⁊ distincta verba ei⁹ audiuit. Quartū q̄ cōcurrit in illa cōuersione dr̄ corpor⁊ exēcratio. Surrexit aūt saulus de terra apertisq̄ oculis nihil videbat. Ad man⁹ itaq̄ socij trahentes illū introduxerūt damascū. Et erat ibi tribus diebus nō videns et non manducauit neq̄ bibit. In hoc triduo ait Beda pauluz oꝛoni vacasse. fuisseq̄ raptuz vsq̄ ad tertiū celū. Idē refert Nic⁹. de lira sup sc̄a epl̄a ad corinthios ca. xj. Sunt aūt Bede venerabilis verba hui⁹modi. apparet q̄ p triduū quo creatus lucis gr̄am expectabat nō ociꝛ toꝛpebat. sed diuina pot⁹ illustratōne sublimatus archana celestia rimabat. Estq̄ nisi fallor credibile. q̄ eo tēpoꝛe misteriū euangelice dispensatōnis edoctus fuerit. de q̄ ipse gloriat⁹ ad galathas dicens Neq̄ eni ego ab hoīe accepi illud neq̄ didici. sed p reuelationē ih̄u xp̄i. hec ille. Quintū q̄ cōcurrit in cōuersione pauli fuit eius visitatio. Nā instruxit xp̄us ananiā vt paulū visitaret. scribit⁹ eni actuū ix. ca sic. Erat aūt q̄dā discipulus damasci noie Ananias hic ut habet⁹ actuū xxij. ca. erat de iudeis ad xp̄m cōuersus. sc̄ētia ⁊ vita famosus. Et dixit ad illū in visu dñs. Anania. At ille ait. Ecce ego dñe. Et dñs ad eū. Surge vade in vicū q̄ vocat⁹ rectus. ⁊ quere in domo iude saulū noie tharsensē. Ecce enī ozat ⁊ vidit idest sibi reuelatū est. virū ananiā noie. naz reuelatio fuit facta paulo nō solū de ꝑsona sed de ꝓprio noie. introeuntē ⁊ imponentē sibi manū vt visū recipiat. Timēs ananias rñdit. dñe audiui a multis de viro hoc quā ta mala sanctis tuis fecerit in irl̄m ⁊ quare huc se cōtulit⁹. Cui dn̄s. vade Anania: qm̄ vas electionis ē mihi. vt portet nomē meuz cor̄a gentibus ⁊ regibus. Ego aūt ostendā illi q̄sta oporteat eū pati ꝓ nomie meo. Et abiit Ananias ⁊ introuit in domū ⁊ imponens ei manuz dixit. Saule frater dñs ihesus ad te me misit q̄ apparuit tibi in via qua venichas ut videas ⁊ implearis spiritu sancto Septū q̄ cōcurrit in cōuersione pauli fuit illuminatio. Cōfestim nāq̄ ceciderūt tāq̄ squame ab oculis eius ⁊ visuz recepit. ⁊ surgens baptiçatus est. Septimū q̄ concurrit in illa cōuersione fuit cōfortatio. Cū accepisset cibū cōfortatus est duplici cōfortatione. s. corpis ⁊ spūs. Q̄ patet q̄a ꝓtinuo ingressus in synagogas p̄dicabat ih̄um ⁊ iudeos viriliter cōfūdebat. Hec oia facta fuit eodē anno quo xp̄s passus est ⁊ stephan⁹ lapidatus. nam xp̄s octauo kalendas aprilis passus est Stephanus eodē anno tertio die augusti lapidat⁹ est. Paulus vero octauo kalendas februarij cōuersus ē. Et ut refert nicolaus de lira. nō statim post baptismuz suuz iuit de damasco in ar̄bin. sicut ipse dicit ad galathas p° ca. Sed ꝓius abiit in arabiam. qua lustrata p̄dicando reuersus est damascū. Et in ista reuersione voluerūt eum iudei capere. ⁊ p muruz euasit submissus in sporta. deinde tā tribus annis a sua cōuersione decursis ascendit in ir̄m videre petruz ⁊ mansit apud eū diebus tribus. Vbi sunt o paule dure cōminationes tue? Vbi cōtumelioſa verba q̄bus discipulos afficiebas? Vbi cathene q̄s deferebas vt vinctos illos in ir̄m perduceres? Mutatus es in alterū

UVA. BHSC. IyR_226

virum. Hec vtiq; est mutatio dextre excelsi ¶factus es euãgelica tuba. xpi preco: ¶ inuictissim⁹ miles religionis xpiane. ¶Nõ times labores. nõ horres pericula: nõ vitas plagas: nõ fugis mortẽ. Tu p xpõ ut ꝑ ad corinthõ ca. xj. patet fuisti in laboribꝫ plurimis. Tu in carceribus abũdantius. Tu in plagis supra modũ. O q̃sta cõstantia. q̃staue fuit ei⁹ animi fortitudo. A iudeis quinquies quadragenas vna min⁹ accepit. Refert ¶ Nico. de lira sup hoc passu. q⁹ deuteron. xxv. ca°. cõmittit iudicibus ut p minoribꝫ culpis pro quibus mors nõ ẽ inferenda imponãt plagas ¶ verbera. ita tñ q⁹ quadragenarius numerũ ictuũ nõ excedãt. Sapientes vero iudeorũ ad ꝓtendẽdũ pietatẽ ordinauerũt. q⁹ de illo numero aliq̃d minueret plus vel min⁹ ꝓut rõnabiliter videret rõne delicti vel conditionis verberãdi. ¶ sic de aliis circũstantijs. Quia vero paul⁹ erat eis odiosus subtraxerũt de dicto numero quinq̃es vnũ ictũ pro vice qualibet. Ter virgis cesus fuit sicut patet actuũ xvj. ca. Semel lapidat⁹ fuit in ciuitate lichaonia. vt ponitur actuum xiij. ca°. Ter naufragiũ fecit. Et ne singula repetamus. p xpõ in vrbe maxima capitis trucatione gloriosũ martyrũ consumauit

De raptu pauli in quo vidit essentiã dei. et de conditionibus illi⁹ raptus. Cap. tertiũ.

Tertiũ misteriũ cõtemplãdũ de paulo dr̃ visionis. Voluit q̃dez benigni⁹ de⁹ ex priuilegio speciali cõcedere paulo ut i suo raptu diuinaz essentiaz videret. de quo ipse ita scribit ꝑ ad corinth. ca. xij. Scio hoiem in xpõ ante annos quatuordecim siue in corpore siue extra corpus nescio de⁹ scit raptuz huiusmodi vsq; ad tertiũ celũ. Et scio hui⁹ modi hoiem siue in corpe. siue extra corpus nescio deus scit qm̃ raptus ẽ in paradisum ¶ audiuit archana dei q̃ nõ licet homini loqui. ¶Pro quorũ verbor declaratione notãde sut septẽ theologice veritates. ¶Prima veritas scõm nico. de lira sup isto passu. Quia raptus ꝓprie importat quandã violentiaz alicuius rei ꝑ motũ nãlẽ sibi. q⁹ pot ee dr̃ Vno mõ q̃ctum ad terminũ motus ut si lapis mouear̃ sursũ. Alio mõ q̃ctũ ad modũ motus vt si lapis p impulsũ violentũ ferar̃ deorsũ velocius q̃z natus ẽ moueri. Sic aia hois dr̃ rapi in id q⁹ ẽ pter nãm. Vno mõ q̃ctũ ad terminuz raptus puta q̃ rapit̃ ad penas Alio mõ q̃ctũ ad modũ hominꝫ connãlem. Et sic licet aia nata sit moueri i deũ. tñ modus cõnãlis scõm statũ vite presentis est q⁹ in cognitionẽ diuinã ascendat p cognitionẽ sensibiliũ ¶ sic ptens sensibus. ideo q̃ ducit̃ in cognitionẽ diuinorũ a sensib⁹ abstractã dr̃ rapi. in q̃ctũ hoc fit pter moduz sibi cõnãlem. ¶Post resurrectionẽ vero quando erit i corpore glorioso opus intellectiue nullo modo impedĳẽte raptus nõ habebit ibi locũ. ¶Secũda veritas q⁹ paul⁹ in raptu vidit essentiã diuinã. sicut determinat Augusti ad paulaz de videndo deũ. ¶ in xij. sup genesim ad lr̃am. q⁹ ¶ verba apli designãt. dicit eni se audiuisse ineffabilia verba q̃ nõ licet homini loqui. huiusmodi aũt videntes ea q̃ptiunent ad visionem beatorũ q̃ excedit statũ vie. scõm illud ysaie lxiij. Oculus nõ vidit deus absq; te q̃ pparasti diligentibus te. Quare spernẽdi sũt illi q̃ dixerũt paulus nõ vidisse ipsã dei essentiã. sed quãdã refulgentiam claritatis ipsius. ¶Tertia veritas scõm Tho. ꝑa ꝑe. q. cẽtesima lxxv. q⁹ diuina essentia videri ab intellectu creato non pot nisi per lumen glorie. q⁹ tñ dr̃ participari pot. Vno mõ p modũ forme immanentis ¶ sic beatos facit scõs in patria. Alio modo p modũ cuiusdaz passionis trãseũtis. ¶ hoc modo lumen fuit in paulo q̃ fuit raptus. Et ideo ex tali visione nõ fuit simpr̃ beatus ut fieret redũdantia ad corpus. sed solũ ꝑm q̃d. Et sic nõ fuit beatus habitualiter ꝛ solũ habuit actũ beatorũ. ¶Quarta veritas q⁹ noie tertij celi pot intelligi aliq̃d corporeum. ¶ sic tertiũ celũ ẽ empirreũ q⁹ dr̃ tertiũ respectu celi aerei et celi sideri. vel respectu celi sideri. ¶ respectu celi aquei siue cristallini. Et dr̃ raptus ad tertiũ celũ. nõ q̃a rapt⁹ sit ad videndũ similitudinẽ alicuius rei corporee. sed ꝓpter hoc q⁹ locus ille ẽ cõtẽplationis beatorũ. Vbi ergo dicit se raptũ q̃a deus ostẽdit ei vitã in qua videndus ẽ in eternũ. Et q̃a visio dei nõ pot esse sine delectatione. ꝓptera nõ solũ se dicit raptũ ad tertium celũ rõne cõtẽplationis sed etiã in paradisũ recte delectationis ꝓsequẽtis. ¶Quinta veritas q⁹ paulus in raptu fuit a sensib⁹

UVA. BHSC. IyR_226

alienat⁹. Nã ut inqt Aug⁹ xij. sup genesiz
ad litterã. Nisi ab hac vita qsqꝫ quodãmõ
moriat᷑. siue omnino exiens de corꝑe siue a
uersus ⁊ alienatus a sensibus in illã nõ sub
uenit᷑ visionẽ. Nõ ẽ scðm Tho. qa oportet
cũ intellectus hoĩs eleuat᷑ ad altissimaꝫ dei
essentie visionẽ. vt tota mẽtis intentio illuc
aduocet᷑. ita. s. ꝙ nihil intelligat aliud ex fã
tasmatibus. sed totalit᷑ ferat᷑ in deuꝫ. Non
eni ꝑ aliqđ fantasma põt dei essentia videri
quinymo nec ꝑ aliquã specieꝫ intelligibileꝫ
creatã. qa essentia dei in infinitũ excedit nõ
solũ oĩa corꝑa quoꝝ sũt fantasmata. ſꝫ etiã
oẽm intelligibilẽ creaturã. Ideo impossibi
le est ꝙ hõ in statu vie videat deũ ꝑ essentiã
sine abstractione a sensibus. Notanduꝫ tñ
ꝙ aĩa xp̄i in statu vie videbat diuinaꝫ essen-
tiã absqꝫ abstractione a sensibus. nã intelle
ctus illius aĩe erat glorificatus ꝑ habituale
lumen glorie quo diuinã essentiaꝫ videbat
multo amplius q̃ꝫ aliqs angelus vel homo
Erat aũt viator ⁊ dispẽsatiue patiebat᷑ nõ
ꝓpter aliquẽ defectum ex parte intellectus
Ideo non ẽ silis rõ de eo ⁊ alijs viatoribus
Sexta veritas ꝙ paul⁹ postq̃ꝫ cessauit vi
dere deũ ꝑ essentiã memor fuit illoꝝ q̃ i illa
visione ꝯgnouerat ꝑ aliquas species intelli
gibiles habitualiter ex hoc ꝙ i ei⁹ intellectu
relictas. sicut etiaꝫ abeũte sensibili remanẽt
aliq̃ impressiones in aĩa quas postea cõuer
tens ad fantasmata memorat᷑. Vñ nec to-
tã illã cognitionẽ aut cogitare poterat aut
verbis exprimere. hec Tho. 2ª 2ᵉ. q. vbi sup
arti. iiij. in rñsione ad tertiũ argu. Septi-
ma veritas ꝙ licet anima pauli fuerit a fan
tasmatibus ⁊ sensibiliũ ꝑceptõne abstracta
nõ tñ fuit ita a corꝑe seꝑata ut ei nõ vniret᷑
q̃si forma. licet de hoc dubitari possit ꝓpt̃
ipsius apostoli verba q̃ ait siue in corꝑe siue
extra corpus nescio. deus scit. Hoc autẽ ut
Hieronẏ. ait in ꝓlogo sup danielẽ. qdã in
telligere voluerunt. ꝙ apl̃us ignorabat an
corpus eius fuerit raptũ simul cũ aĩa vł nõ
Sed Aug⁹ xij. sup genesim ad lr̃am dicit ꝙ
apl̃us sciuit se fuisse raptũ scðm aĩam et nõ
scðm corpus. nesciuit tñ qualiter aĩa se ha-
beret ad corpus. Vñ post longã inq̃sitionẽ
Aug⁹ cõcludit dicens Restat fortasse ut h᷒
ipsũ eũ ignorasse intelligamus. vtrũ quãdo
in tertiũ celũ rapt⁹ ẽ in corꝑe fuerit anima:
quõ est aĩa in corꝑe cũ corp⁹ viuere dr̃. siue
vigilantis: siue dormiẽtis: siue in extasi a sen
sib⁹ corꝑis alienati. an omnino de corꝑe exi
erit ut corpus mortuũ iaceret. Sed vt idem
Aug⁹ postmodũ refert dubitante apl̃o q̇s
vestrũ inde certus esse potuit. vñ q̇ sup hoc
loquit᷑ magis cõiecturaliter q̃ꝫ ꝑ certitudi-
nẽ loquit᷑. Ex his apparet q̃ꝫ reꝑhensibiles
inueniũt᷑ hi q̇ bonorũ tẽporaliũ falsa vene-
nosaqꝫ dulcedine decepti. alienaꝫ vitã felici
tatẽqꝫ ꝓmissã. aut negant aut acq̇rere no-
lũt. O q̃ꝫ magna multitudo dulcedinis tue
deus. O iocũda facies tua et decora nimis.
O beati qui habitãt in domo tua Ostendi
sti te paulo doctori gentiũ. sicut ⁊ moysi pri
mo doctori iudeorũ. Voluisti ut ille a te ele
ctus nõ soluꝫ audita sed visa referret. Et vñ
in ea tantus feruor: tanta cõstantia: tanta
sollicitudo: tanta diligentia: tãta demqꝫ pa
cientia. nisi q̇a te viderat i via cui te exhibui
sti scðm humanitatẽ licet imensa luce ruti-
lantẽ. Et tandẽ ad tertiũ celũ rapto demõ-
strare dignatus es diuinitateꝫ tuaꝫ. clamat
paulus. Cupio dissolui ⁊ esse cũ xp̄o. Et mi
hi viuere xp̄s est ⁊ mori lucrũ ad philipens.
p̄º ca. Cur o paule nisi quia illa ẽ vera vita
illa quieta: illa tranquilla: illa pacifica: illa
deliciosa: illa perpetua: illa demqꝫ oĩbus bo
nis repleta q̃ seq̇tur post mortẽ ꝓ xp̄o: ⁊ ad
quã ꝑuenire nõ possũt nisi q̇ moriunt᷑ cum
xp̄o. Hãc paulus p̄dicauit. hãc desiderauit
hãc tandẽ gloriose adeptus ẽ. Ad quã nos
ꝑducat ihũs filius dei q̇ viuit ⁊ regnat in se
cula seculoꝝ. Amen.

Sermo trigesimustertius de primatu sãcti
petri apl̃i et de illius eximijs virtutib⁹ atqꝫ
de ipsi⁹ pauli martyrio.

Tu es petrus. Verba sunt
redẽptoris nr̃i originalit᷑
mathei xvj. ca. ⁊ in euãge-
lio presentis solennitatis.
Rutilãtia fidei xp̄iane mi
racula satis in vrbe maxi-
ma claruerũt. Inter que
illud vnũ ꝑadmirandũ fuit cõuersio videli
cet gentiũ Romanorũqꝫ ciuiũ facta ꝑ apo
stolorũ petri ⁊ pauli p̄dicationẽ. Erant ibi
tot supstitiones nepie. tot ad ydola vana ⁊
ad demones sacrificia tot extructa artificio

UVA. BHSC. IyR_226

sunt in hac pte tres theologozum ꝓpositiones. ꝙma scōm Bonauen. di. xxxij. tertij ⁊ Tho. ꝑ⁹ pte. q. xx. q. necesse ē ponere amorē in deo. qa in quocūqz ē volūtas vel appetitus oportet esse amorē. ille tñ amoz in deo nō est passio. Nā amoz ⁊ gaudiū ⁊ delectatio scōm q significāt actus appetitus sensitiui cōcomitat aliqua trāsmutatio corporis ⁊ maxime circa coz qō ē primū ꝓncipiū motus in aiali. Scōm vero q ꝓdicta significāt actū appetitus intellectiui nō sūt passiones Et sic ponūt in deo scōm effectuz. nō scōm passionis defectū. Odit eni cōmunicādo iuste penā ei quē odit absqz sui trāsmutatōne diligit creaturam illi sua beneficia plus minusue tribuendo. idē semp eodez mō se habens. Ñ ꝑbus vij. ethicoz dicit. De⁹ vna ⁊ simplici opatione gaudet ⁊ eadē rōne sine passione amat. ¶ Sciendū adhuc q̄ in passionibus sensitiui appetitus ē cōsiderare aliqd qō ē māle. s. corpalē trāsmutationē. ⁊ aliqd qō est formale. id. s. qō ē ex pte appetitus. sic in ira vt oī in ꝑ⁹ de aia. māle est accēssio sanguinis circa coz. vel circa aliqd huiꝰ modi. ⁊ formale vero appetitus vindicte. Sed rursus ex parte eius qō formale est in q̄busdaz passionib⁹ designat aliqua impfectio. sicut in desiderio qō ē boni non habiti. ⁊ in ira q̄ tristiciā ꝑsupponit. Quedā vo nullā impfectionē designāt ut amoz ⁊ gaudiū. Luz ergo nihil horū deo conueniat scōm id qō est māle i eis. illa q̄ impfectionē importāt etiā formaliter deo cōuenire nō ꝑnt nisi methaphorice ꝓ silitudinē effectus. Que autē formaliter impfectionez nō important de deo ꝓprie dicunt vt amoz ⁊ gaudiū sine passione tñ ut est ꝓdictū. ¶ Scōa veritas q deus oīa q̄ sūt amat. Nā vt in q̄t Tho. vbi supra Omnia existentia inq̄ztum sūt. bona sunt. Ipsū eni esse cuiuslibet rei qōdā bonuz est. ⁊ silit q̄libet pfectio ipsius. cū ergo volūtas dei causa sit omniū rerū. oportet q intantū aliqd habeat esse aut qōcūqz bonū inq̄ztuz ē volitū a deo. Cuilibet ergo existenti deus vult aliqō bonū. Ñ cū amare nil aliud sit q̄z velle bonū alicui. manifestuz ē q de⁹ oīa q̄ sunt amat. nō tñ eodē mō sicut nos. quia eni voluntas nra nō ē cā bonitatis rei sz ab ea mouet sicut ab obiecto. Amoz nr̄ q̄ bonum alicui volumus nō ē causa bonitatis ipsius. sed econuerso. bonitas eius vel vera vel extimata ꝓuocat amoꝛez quo ei velim⁹ ⁊ bonuz cōseruari qō habet ⁊ addi qō non habet ⁊ ad hoc operemur. Sed amoz dei ē ꝑ fundens ⁊ causans bonitatez in rebus. Et his apparet q deus etiā pcōres amet. Naz nihil ꝓhibet vnū ⁊ idē scōm aliqd amari ⁊ scōm aliud odio haberi. deus pcōres inq̄ztū sūt nature q̄dā amat. Sic eni ⁊ sunt ⁊ ab ipso sūt. inq̄ztū vo pcōres nō sūt. sed ab eē deficiūt ⁊ hoc in eis a deo nō est. vñ fm hoc ab ipso odio habent. ¶ Orit tñ difficultas an deus diligat creaturas irrationales. qm̄ cū duplex sit amoz cōcupiscētie. s. ⁊ amicitie illas amoze cōcupiscentie nō diligit. qa nullus extra se eget. nec amoze amicitie. qa nō pōt ad res irrationales haberi. vt patz vij. ethicorū. ergo nullo modo illas amat. Ad hoc dicit scūs Tho. q deus ꝓprie loquēdo nō amat creaturas irratōnales amoze amicitie. qa amicitia nō pōt haberi nisi ad ratōnales creaturas in q̄b⁹ cōtingit esse reamatiōnē ⁊ cōmunicationē in opibus vite quibus cōtingit bene euenire vel male fm fortunā vel felicitatē. sicut ⁊ ad eas ꝓprie beneuolētia est. Creature aūt irrōnales nō pnt ptingere ad amandū deū. nec ad cōmunicationē intellectualis ⁊ beate vite qua de⁹ viuit. Sed diligit illas amoze cōcupiscētie inq̄ztum ordinat eas ad rōnales creaturas et etiā ad seipsū nō quasi eis indigeat sz ꝓpter suā bonitatē ⁊ nr̄am vtilitatē. cōcupiscim⁹ eni aliqd ⁊ nobis ⁊ alijs. ¶ Tertia veritas q deus nō oīa equaliter diligit. Nā vt inq̄t Aug⁹ sup iohānē. Omnia diligit deus q̄ fecit et inter ea magis diligit creaturas rōnales. ⁊ de illis amplius q̄ sunt mēbra vnigeniti sui. ⁊ multo magis ipsū vnigenitū suum. Notandū tñ q cuz amare sit velle bonum alicui. duplici rōe pōt aliqd maius vl minus amari. Uno modo ex pte ipsius actus volūtatis q̄ est magis vel minus intensus. Et sic de⁹ nō magis q̄dā q̄z alia amat. qa omnia amat vno ⁊ simplici actu volūtatis ⁊ eodez modo se habente. Alio modo ex pte ipsius boni qō qs vult amato. Et sic dicimur aliquē alio plus amare. cui volumus maiꝰ bonū q̄ntus nō magis intēsa volūtate. Et hoc mō necesse ē dicere q deus q̄dā alijs magis amat. Lū eniz amoz dei sit causa bonitatis

UVA. BHSC. IyR_226

rerū non esset aliqd alio melius si deus non vellet vni maius bonū q̃z alteri. Sed nō nulli ꝓpter ea q̄ dicta sūt arguūt ꝙ de⁹ nō debet velle bonū magis vni q̃z alteri. Nam ut scribit᷑ ad romanos ij. ca. Nō ē acceptio ꝑsonarū apud deū. qḋ verbū ponit᷑ xxxij. q iiij. ca. sicut. Et de con. di. iiij. ca. nec quicq̃z Et de ꝓbendis. ca. venerabilis. ⁊ de iudicijs ca. nouit. Ad qḋ rn̄det Alexander de ales. in ij. volumine sūme. ꝙ ꝑsonaꝝ acceptio cadere nō pōt in liberali gratuita ⁊ volūtaria distributione quoꝝcunq̃z bonoꝝ. sed tātū in debita ⁊ necessaria dispensatione. Si eni q̈s ex ꝓpa liberalitate largiri vellet aliquā pecunie q̄titatē non pōt ꝑsonarū acceptor censeri. qa potius vni q̃z alteri dederit. cum neq̃z in eo q̄ accepit neq̃z in eo q̄ nō recepit meritū aut p̄cesserit aut existat vt sibi p̄fata pecunia donet᷑. Sic ⁊ deus bonitate sua diuersa atq̃z disparia creaturis cōtulit dona. sine ꝑsonarū acceptione. Quare aūt excellētius cōdiderit angelos q̃z hoīes: homies q̃z bruta: leones q̃z formicas aqlas q̃z passeres ⁊ similia. nō interest nr̄a diiudicare. sȝ potius multimodā sapientiā illius extollere: bonitatemq̃z affluentissimam commendare.

Scōm dubiū fuit vtrū xp̄us magis dilexit iohānē q̃z petrū. Et ꝙ sic. patet ex predictis. Tn̄ posset q̈s obicere ꝙ deus illos magis diligit q̄ ipsū magis diligunt. sed petrus magis diligebat xp̄m q̃z iohes. vn̄ iohānis ca. xxj. dixit ihs petro. Simon iohānis diligis me plus his. Qḋ non sic q̄reret dn̄s nisi sciret ꝙ petrus plus ceteris ipsū amaret. ut dicit glosa. ergo videt᷑ ꝙ xp̄s magis debuit petrū diligere q̃z iohānē. Ad hoc respōdet Bonauen. di. xxxij. tertij libri. Qꝙ hic est triplex modus dicendi quoꝝ vnus facit ad explicationē alterius. Primus est ſm Aug. sup iohem viij. ait. ꝙ est dilectio in signo exteriori et in effectu interiori. Si loquamur de dilectione in signo exteriori magis diligebat xp̄s iohānē qa maiorē ei familiaritatē exhibebat. Si vō loquamur de dilectione q̄tū ad interiorē effectū q̄ est effect⁹ gratie. sic magis diligebat petruȝ. qa maius mun⁹ gr̄e illi dederat. Et si tu obicias. ꝙ deus illi debebat maiora signa dilectōis ostendere quē magis diligebat scōm veritatē. Rn̄det Aug⁹ ꝙ p iohānē ⁊ petꝝ significat᷑ duplex vita. per petrū actiua q̄ transit. ꝑ iohānē cōtemplatiua q̄ manet. Vn̄ petro dictum est Sequere me. de iohāne vō dr̄. Sic eū volo manere. Et qm̄ actiua laborosior ⁊ fructuosior. Cōtemplatiua vō purior ⁊ iocūdior ad significandā drām hui⁹ duplicis vite familiarius se exhibebat dn̄s iohāni q̃z petro In cuius rei signū cōmisit ei matrē custodiendaȝ. petro vero pastoralē curā. Et ex hoc dicit Aug⁹ ꝙ petrus erat melior. sed iohānes felicior. Alius est modus dicendi scōm Bernardū. ꝙ petrus dilexit feruētius ⁊ diligebat᷑ fortius. Iohānes vō diligebat dulcius ⁊ diligebat᷑ familiarius. Tertius vero modus dicendi est. ꝙ petrus magis diligebat deū in ꝓximis. Iohannes magis in se. Unde petrus accepit curā regiminis. iohānes grām cōteplationis. Ideo petr⁹ efficaciorē habuit grām ad laborē actionis. iohānes efficaciorem ad grām cōtemplationis.

Tertiū dubiū fuit vtruȝ xp̄us debuit ita intense diligere iohānē. Ad qḋ rn̄dem⁹ ꝙ tria cōcurrerūt in iohāne q̄ illū adeo amabilem xp̄o fecerunt.

Primū fuit etas
Scōm virginitas
Tertiū amabilitas

Primū qḋ fuit in iohāne quo xp̄s illum dilexit amore precipuo fuit etas. Secutus eni fuit saluatorē omniū in etate tenera. Nam licet Hiero⁹ dicat ad paulā de dormitione Blesille. Nunq̃z est sera conuersio. Et Seneca in tragedijs. nunq̃z sera est ad bonos mores via. Tn̄ res est admoduȝ gratissima deo hominiq̃z satis vtilima ab ineunte et adolescenti etate bene beateq̃z viuere. Ideo trenoꝝ p° ca. Ieremias ait. Bonuȝ ē viro cū portauerit iugū ab adolescentia sua. Sicut iohannes dū esset adolescens vocatus a xp̄o cū iacobo suo fratre reliquit oīa ⁊ illuȝ ꝓtinus fuit secutus. Sciendū tn̄ in hac parte ꝙ triplex fuit vocatio iohānis scōm Nico. de lira in ꝓlogo in iohānē. Primo qn̄ vocatus fuit ad xp̄i noticiaȝ aliqualem. Scripsit nam ipse p° ca. Erat aūt andreas frater simonis petri vnus ex duob⁹ q̄ audierant a iohāne ⁊ secuti fuerūt eū. s. xp̄m. Nomen itaq̃z alteri⁹ discipuli tacuit. qa mos ē scribentiū tacere ꝓprias laudes. ⁊ de se sic de alio loq. qḋ iohs vt patet i plerisq̃z locis

ad declar[illegible] [illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible] amet.

UVA. BHSC. IyR_226

discipulū se tñ nominando obseruauit. ita ꝛ hic nomē suū nō expressit. tñ ꝓbabilit̄ creditur q̄ ipsemet fuerit cuz andrea. q̄a circūstantias loci ꝛ tp̄is describit. qñ oia p̄sentialiter vidit. Scd̄a vocatio fuit ad xp̄i familiaritatē. de qua sic scribit Hiero⁹ in prologo in iohannez. Hic ē iohānes euangelista vnus ex duodecim discipulis dei q̄ virgo electus est a deo. quē de nuptijs volēt̄ nubere vocauit dñs. Nuptie iste fuerunt scōm cōmunē opinionē vt refert Nico⁹ de lira. alle de q̄bus fit mentio iohis ij. ca. q̄ facte sunt in chana galilee. qđ ꝓbabile est. tū q̄a non legit̄ xp̄m alijs nuptijs interfuisse. tuz quia mater ihu erat ibi tanq̄z in nuptijs nepotis sui. Tertia vocatio fuit ad aplatū. qñ vt dr Mathei iiij. ca⁰. Relictis rebus ꝛ patre post xp̄m cuz frē suo iacobo abijt.

Scōm qđ fuit in iohāne quare ꝛ xp̄s illū singulariter dilexit fuit eius virginitas. hanc quippe xp̄s sūme colut ꝛ amat maxume ꝓpter tria

Primo ꝓpr̄ similitudinē
Scdo ꝓpter magnitudinē
Tertio ꝓpter pulchritudinē

Primo diligit xp̄s virginitatez ꝓpr̄ similitudinez. Est q̄ppe similitudo amicitie causatiua. Ideo omne aial diligit simile sibi. virginitas vero singulariter effulsit in xp̄o ꝛ i matre ei⁹ virgine benedicta. quare et virgines amat. Propt̄ qđ hiero⁹ ad filiā mauricij ō cōmendatione virginitatis ita scribit. Ut virginitatis meritum pateat et q̄z digna sit deo manifestus possit intelligi illud recogitetur q̄ dñs ꝛ saluator nr̄ cuz ꝓpter hūani generis salutē hoiem dignaret accipe. non alū q̄z virginalē elegit vterū. virginem habuit matrē. virgo mansurus in se viris. ꝛ in matre feminis virginitatis p̄buit exemplū. hec ille. Scdo diligit deus virginitatē ꝓpt magnitudinem. Est quippe virginitas ipsa opus magnū ꝛ arduū. ideo virgines amorē ostendūt ad xp̄m ardentissimū. dū rem taz grandē p ipso aggrediūt̄. Ideo Hiero. ad sacras virgines de cōtinentia virginali ait. Grande est ꝛ immortale ꝛ pene vltra naturā corpoꝛeā superare luxuriā et cōcupiscentie flammā adolescentie facibus estuantē. animi virtute restringere. viuereq̄z cōtra hūani generis legez. despicere plugij solacia. dulcedinē cōtemnere liberoꝝ. et q̄cūq̄z p̄sentis vite comoda sunt ꝓ nihilo spe future beatitudinis ꝓputare. hec hiero⁹. Tertio diligit xp̄s virginitatē ꝓpter pulchritudinē. Ipsa nanq̄z pulchrā ꝛ decoꝛā facit aiam. Ob qđ ecclesia cāt. O q̄z pulchra est casta generatio cū claritate.

Tertiuz qđ fuit in beato iohāne causa vt diligeret̄ a xp̄o amabilitas nūcupat̄. Amauit ipse xp̄m plusq̄z omnia tp̄alia bona. plusq̄z patrē. ymo plusq̄z seipsum. qđ ostendit qñ cūctis dimissis ipsū solum habere voluit patrē dñm ꝛ magistruz Inquit nanq̄z Seneca ad Lucillū. Si vis amari: ama. Et Marcialis cocus. Miraris q̄ nullus amet te Cecilianc: ideo: q̄a amas nullū. dilige carus eris. Decipiūt̄ profecto hi q̄ a xp̄i amoꝛe sunt penitus alieni. ꝛ p̄sumunt aspirare ad illā felicitatē. q̄ nō nisi diligentibus ipsū est repromissa.

Qualiter xp̄s ostendit amorē suū iohanni cōuersando secū familiariter atq̄z exaltādo illū ꝛ cōmendādo sibi virginē matrē Cap. scōm.

Secundū misteriuz cōtemplandum de amoꝛe quo xp̄s iohānē dilexit dr̄ ostentionis. In multis nanq̄z ostendit xp̄s se iohannē diligere. ꝛ p̄cipue in tribus.

Primo in cōuersatione
Scdo in exaltatione
Tertio in recōmendatione

Primo ostendit xp̄s iohānē se diligere i cōuersatione familiari atq̄z benigna. Ipsum nanq̄z habere voluit cū petro ꝛ iacobo ire suscitatā ōne puelle. vt scribitur marci. v. ca. Ipsū cū p̄fatis duxit in montez Thabor. vbi transfiguratus est. vt patet mathei xvij Ipsū etiā ac petrū ꝛ iacobū habere voluit i sua societate dū ad oꝛandū imminēte passione ꝓcessit. vt dr̄ mathei xxvj. ca. Ipsuz denīq̄z in cena ꝓmisit recūbere supra pect⁹ suum sacratissimū. vt asserit euangelij sui ca. xiij

Scdo ostendit xp̄s iohānē se diligere in exaltatione. Cantat nāq̄z ecclesia de ipso in epla p̄sentis sollēnitatis illud qđ scribit ecclesiasticj xv. ca. Exaltauit illū aput proꝛi mos suos. Naz ut ait paulus ad ephes. iiij. ca. Xp̄us dedit quosdā q̄dē aplos. quosdaz autē ꝓphetas. alios vo euangelistas. alios aūt pastoꝛes et doctoꝛes ad cōsumationem scoꝛuz in opus ministerij in edificationem

UVA. BHSC. IyR_226

corpis xpi. Sed iohānes fuit ap'lus cū ap'lis vnus ex duodecim. sicut notat mathei x.ca fuit virgo cū virginibus ut p̄dictū ē. fuit ꝓpheta cū ꝓphetis. Mñ hiero⁹ ꝑ Iouinianū libro p̄mo ait Vidit in pathmos insula in qua fuerat a Domitiano principe ob testimoniū relegatus: apocalipsim infinita futuroꝝ misteria cōtinentē. Apocalipsis idē est q̄ reuelatio q̄ ibi ꝓphetico lumine scripsit ea q̄ futura erant. aut sibi fuerunt diuinitus reuelata. De hoc propterea Apocalipsis p° ca. ipse inq̄t. Beatus qui legit et q̄ audit verba ꝓphetie huius et seruat ea q̄ in ea scripta sūt. De hoc Hiero⁹ in ꝓlogo in apocalipsim ait. Cū ꝓpter verbum dei et testimoniū ihu xpi iohannes exilio in pathmos insulā portaret. illic ab eo dē apocalipsis p̄cōstensa describit. vt sicut in principio canonis. i. libri geneseos incoꝛruptibile est ꝓncipiū ꝓnotatū ita etiā incoꝛruptibilis finis ꝓ virginē in apocalipsi redderet dicens. Ego sum alpha et o: principiuz et finis. Et in epla ad paulinū hiero⁹ ita scribit. Apocalipsis iohānis tot habet sacramēta quot ꝛba. parū dixi et ꝓ merito voluminis laus omnis inferior est. In singulis enīz verbis multiplices latent intelligentie. Fuit iohānes cuz doctoꝛibus doctoꝛ: p̄dicando et scribendo epl'as canonicas Et vocant canonicas scōm Beltrandū. i. vniuersales. q̄a vnū salē ecclesiā instruūt. Nō enī fuerunt misse ad aliquas particulares ecclesias. sicut epla pauli. Vel vocāt canonice. i. regulares. q̄a fidē et moꝛes astruūt. Fuit martyr cū martyribus. Nā de epheso ductus ē romam ligatus et ibi flagellatus et tonsus ante portā latinā missus fuit in dolium ferentis olei. ꝓpter qd tanē de ipsius martyrio festū facit ecclesia sexta die May. licet de dolio sanus exierit et illesus Et quāq̄z martyriū morte ꝓficiat. nihilominus volūtarie et ꝓmpto animo iohānes ea ꝓtulit q̄ naliter solet inferre moꝛtem. a qua ꝑseruatus fuit diuino miraculo. ꝓterea exilii est moꝛs quedaz ciuilis. vt dicit Nicolaus de lira sup̄ xx.ca°. mathei. Et ut legit in ecclesiastica historia Johānes fuit in pathmos insulā relegatus et metallo damnatus. vt ibi fortasse secreta marmoꝝ vel terraz foderet: aut alys sibi deseruiret. vt ait Aymo sup̄ Apocalipsim

Quaūt vere fuerit martyr cōfirmari potest ex verbo xpi mathei xx. ca. dicentis ad iacobū et iohannē. Calicē q̄dē meū bibetis. vbi amaritudo passionis designatur. Fuit adhuc beatissimus iohānes cū euāgelistis euāgelista figuratus in Ezechiele q aquilā. qñ sicut aquila est ceteris auib⁹ acutioꝛis vis⁹. ita ipse in diuinis maius lumen intellectus accepit q̄z ceteri. Unde de ipso Aug⁹ ait. Si altius intonuisset totus mūdus eū non intellexisset. Et Gregoꝛius sup̄ Ezechielem Johānes p hoc q in principio vērbū vidit etiā semetipsū transijt. Si enī se nō trāsisset verbū in principio nō vidisset. Ipse nanq̄z ineffabile illā verbi diuini generatōnem expressit cū dixit. In ꝓncipio erat ꝛbū. Que vero in eius euangelio miranda cōtinentur longū esset retexere. ideo illa in hoc loco pretermittimus. tm̄ cōcludimus q̄ iohannis euangelū alys merito ē pferendum. Ideo Aug⁹ li. x. de ciui. dei ca. xxix. ait Inicū sancti euangelij cui nomen scōm iohem. q̄daz platonicus sicut a scō sene simpliciano. qui postea mediolanensi ecclie presedit epūs. solebam⁹ audire aureis litteris cōscribendum et p oēs ecclesias in locis eminentissimis ꝓponendū esse dicebat. Tertio xps ondit se diligere iohānez in recomendatione. cuz eni pendebat in cruce et matrē illā pyssimā querelantē audiret. inspiceretq̄z mestam et lachrymantez dixit illi. O mulier ecce filius tuus. deinde discipulū iohānē est allocut⁹. Ecce inq̄t mater tua. O singulare donū: de quo Ambroſi⁹ ait. Auctoꝛ hūani generis in cruce pendens pietatis officia diuidebat Persecutoribus ap'lis: pacē discipulis: coꝛp⁹ iudeis: patri spūm: virgini paranimphū: latroni paradisū: peccatoꝛibus infernū: xpianis penitentibus veniaz legauit. Et Criso. in sermone de passione. Tu o iohānes sacte ad hoc eligeris ut ministres et obsequris marie ea dilectōne qua filius: ea obediētia qua discipulus: ea subiectione qua minister et famulus: petro cōmendat ecclesia: tibi maria: illi tumultuosa negocia: tibi pacifice et quieta. Et petrus damianus in quodaz ſmone Cōmisserat dñs petro claues ecclesie: delegauit iohāni custodiā marie. Maria mat xpi Ecclesia mater xpianoꝝ. dicit dñs petro Tibi dabo claues regni celoꝝz. Nunquid

UVA. BHSC. IyR_226

beata maria celū nō fuit in cuius vtero tota diuinitatis plenitudo ꝑmansit. Nic archangelo gabrieli ad custodiaz matris dñi socius est datus. vt ille intactā virginez invisibiliter custodiret. ⁊ iste forinsecus fragilitati femineę obedientie sue ministeriuz exhiberet. Quantoqz familiarioꝛ cū mr̄e verbi cōuersat̄. tanto vicinioꝛ verbo inuenit̄. Et qm̄ ab ipsa veritate marie dictus ē filiꝰ. quadam speciali gr̄a frater ē saluatoꝛis. hec ille.

Qualiter iohānes miraculis coꝛuscauit. et quid tenendū: an mortuus. q̄ tamen i celo est gloꝛiosus. Capitulū tertiū

Tertiū misteriuz contēplandū de amore quo xp̄s iohem dilexit. oꝛ conclusionis. In fine amoꝛ ille ihu xp̄i cōclusꝰ ac terminatus est ꝓcipue in tribus.

Primo in miraculosa coꝛuscatione
Scō in felici cōsumatione
Tertio in supna glorificatione

Primo q̄dē amoꝛ xp̄i ad iohānē exhibitus conclusus fuit in miraculosa coꝛuscatione. q̄ plurimis enim signis ⁊ miraculis claruit Rome ut p̄dictū est positus in dolio feruētis olei: diuino miraculo illesus seruatus ē. nō tn̄ ꝓpterea nō meruit coꝛonā martyrij Ait Augꝰ in liº de nuptijs ⁊ cōcupiscentia inq̄t. Nō impar meritū ē in iohe qui nō est passus ⁊ in petro q̄ passionez sustinuit. post occasionē Domitiani dum ab insula pathmos rediit epheſū. oꝛusianā deuotissimam dñam q̄ mater erat pauperū ⁊ iohis hospita: reperit moꝛtuā ⁊ in pheretro positā quā deferebant vt sepeliret̄. depositō ꝛo pheretro dixit illi. Dns meus ihus xp̄s suscitet te oꝛusiana. Surge ⁊ vade in domū tuaz ⁊ para mihi refectionez. Statim illa surrexit ita vt sibi videret̄ q̄ de somno excitasset eam. Vbi Cratonez phūm ⁊ duos ditissimos iuuenes cōuertit ad xp̄m viso miraculo q̄ gēme q̄ sparse erāt in pulueres: oꝛāte apl̄o fuerunt reintegrate. Vbi inuenē q̄ moꝛtuꝰ effebat̄: ad preces matris suscitauit a moꝛtuis. Orante apl̄o tēplū diane a quo oēs exierant: coꝛruit. ⁊ opane imago penit⁹ destructa fuit. Venenuz sibi ꝓpinatū ab Aristodemo pdoloꝛ pontifice. qō ⁊ duos bibētes prius extinxerat facto signo crucis absqz alio nocumēto bibit. illosqz moꝛtuos ofone sua et tunica eius ab Aristodemo super coꝛpa posita reuocauit ad vitā. Hec et alia plurima fecit vt latius scribit̄ in eccleſiastica historia. etiā ut narrat Ysidoꝰ in li. de vita ⁊ obitu scōrū. q̄re aſiā eccleſias repleuit. ⁊ ꝓlos ad fidem xp̄i cōuertit.

Scō amoꝛ xp̄i erga iohānez cōclusus fuit in felici cōsumatione. Dū eni senuisset in opibus bonis esset̄qz annoꝛū nonagintanouē. anno vide licet imperij Traiani scō. apparuit ei dñs dicens. Veni dilecte mi ad me. q̄a tempus est vt in mensa mea cū tuis fratribus epuleris. oñica itaqz veniente die vnuersꝰ ꝓlus q̄uenit in eccleſia q̄ fuerat ipsius noie fabri cata. q̄a primo pulloꝛ cantu p̄dicauit. hoꝛtans oēs vt in fide essent stabiles ⁊ in mādatis dei feruētes. Post hec foueā quadrataz iuxta altare fieri fecit ⁊ terrā extra eccleſiam iactari. descendensqz in foueaz expansis ad deū manibus dixit. Vnitatus ad cōuiuiuz tuū dñe ihu. ecce venio grās agēs q̄a dignatus es me ad tuas epulas inuitare. Cumqz oꝛonē finisset tanta lux sup eum emicuit vt nullus in eum respicere potuit. Recedente aūt lumine nil aliud inuentū ē nisi manna

Et quo plerīqz dubitare solent vtruz iohannes fuit moꝛtuus. Et q̄dā dicūt q̄ nō. sed q̄ translatus fuerit simul cū aia ⁊ coꝛpe ad empirreū celū ⁊ gloriā beatoꝛ. sicut etiā si nō peccasset Adam fuissent absqz morte translati hoies cuz aia simul ⁊ coꝛpe ad celestem illā patriā. Sed hec opinio ideo videt̄ stare nō posse. q̄a xp̄s adhuc virginē matrē a lege moꝛtis excipere noluit. cuz statutum sit hoibus semel moꝛi. Alij vero opinantur ipsū in paradisuz terrestrē translatum esse. Xp̄e vero antixp̄i inde educet̄ ⁊ fideles confirmans ac eis p̄dicās. ab ipso antixp̄o occidetur. Vñ Theophilus dicit. xp̄s nō negauit iohānē moꝛiturū. Nā q̄cq̄d oꝛit̄ moꝛitur. Sed dixit volo eū manere vsqz ad finez mūdi. ⁊ tūc ꝓ me martyrū patiet̄. Non nulli vero tenēt eū esse defūctū et aiam eius cuz ceteris aplis in celestibus regnis gaudere cū xp̄o Corpus ꝛo eius in loco q̄dem hominibus ignoto. deo aūt cognito reseruari Sicut de moysi coꝛpe credendū ē. Pōt q̄dē deus in aliquo sibi noto loco nob aūt ignoto: aut ꝓ angelorū ministeriū: aut per aliuz

UVA. BHSC. IyR_226

modū corpori dilecti sui exhibere honorem
put decet tñ suū dilectum habere. Quare
aūt diuina ꝓuidentia corpus dilecti sui in-
dicauerit occultandū. nō ē nobis discutien
dū sed inter diuina secreta cōnumerandū.
Sūt ꝙ alij ꝙ dicunt ipsū adhuc viuere ꝙ mir
mire latenter sub terra. ad qō mouent tri-
plici rōne. Primo ꝺa ꝝs dixit de ipso sic eū
volo manere donec veniaz. Exquo exijt ser
mo inter fratres ꝙ discipul⁹ ille nō moritᵉ.
Scdo aūt isti ꝙ est simile de moyse ꝙ viuit
sub terra. tū ꝺa sepulchrū eius nō inuenitᵉ.
Tum ꝺa in transfiguratione xpi cū helia ꝙ
mortuus nō est visus apparuit. Tertio suā
opinionē roborant quia in sepulchro iohā
nis manna scaturire videt ad modū arenu
le sicut in fontibus fieri consueuit qō eueni
re asserunt flatu ꝙ anhelitu dormientis. Sz
ista sic opinātibus obuiat Aug⁹ dicēs. cur
xps eius discipulo quē ꝓ ceteris ꝓ magno
munere dilexit. tam longū donauit somnū
cū beatū petrū per ingētis martyrij gloriaz
onere carnis absorbuerit. Ad verbū autez
xpi sic eū volo manere dicit ꝙ intelligendū
est ꝺa iohānes nō debebat sequi xpm mori
endo morte violēta. Ideo cū dixisset petro
seqre me. s. ꝙ martyrium ad me venies. De
trus interrogauit xpm de iohāne. hic autez
ꝺd. At ihus dixit. Quid ad te. tu me seqre
Istū sic volo manere donec veniā. nō ad tu
dicū. sed ad aiam eius de corpore educēdā.
Vñ in euangelio scribitᵉ nō dixit ihus non
moritᵉ. De moyse falsū est ꝙ viuat. Nā de
utero no. vltimo ca. scribitur. Mortuus est
moyses seru⁹ dñi in terra moab iubēte deo
ꝙ sepeliuit eū in valle terre moab ꝺ fogor. et
non cognouit homo sepulchrū eius vsqz in
presentē diē. Moyses centū viginti annorū
erat qñ mortuus ē. nō caligauit oculus ei⁹.
nec dentes illius moti sūt. Fleuerūtqz eum
filij isr'l in campestribus moab triginta die
bus. Et Josue ca. ꝑ⁹ scriptū est. Factū ē vt
post mortem moysi serui dei loqrēt dñs ad
iosue filū num ministrū moysi ꝙ diceret ei.
Moyses seruus meus mortuus est. surge et
transi iordanē istū tu ꝙ omnis populus tē.
Qualiter aūt apparuit in transfiguratione
xpi. diximus plene in sermone de ipsa trās-
figuratione. ꝙ quare sepulchrū eius absco-
dū fuit scripsi in sermone de blasfemia i qua
dragesimali nostro. ne. s. iudei circa corpus
eius ydolatriā exercerent. De māna ibi sca
turiēte dicit Aug⁹. ꝙ pōt eē a deo vt mors
iohannis sic ꝑciosa cōmendetᵉ. Tenet itaqz
Aug⁹ ꝙ iohes sit mortuus ꝙ aīa eius a suo
corpe sepata. Idē videt senture Iero⁹ ꝙ in
ꝓlogo in iohannē ait. Hic est iohānes qui
sciens supuenisse diē recessus sui. cōuocatis
discipulis suis in epheso ꝙ multa signorū ex
perimenta ꝓmens xpum. descendit in de-
fossum sepulture sue locū. factaqz oōne po
situs est ad patres suos stā extraneus a dolo-
re mortis ꝺz a corruptione carnis inuenitᵉ
alienus. Et si quis obstaret ꝙ in his verbis
hiero⁹ dicit iohez extraneū a dolore mortis
ergo videt ꝙ non sit mortuus. Rūdemus
ꝙ nō ita sonant verba hieronymi. Naz in
ꝓlogo in apocalipsim idē ita scripsit. Hic ē
iohes ꝙ scies supuenisse sibi diez egressionis
de corpe. cōuocatis i epheso discipulis descē
dit in defossū sepulture sue locū. oōneqz cō
pleta reddidit spūm taz a dolore mortis fa-
ctus extrane⁹ ꝺz a corruptione carnis nosci
tur alienus. Dicit ergo ꝙ sciuit supuenisse
diē egressionis de corpe. ꝙ reddidit spūm
ꝙ que verba exꝓresse fatetᵉ illū esse mortuuz
Ideo cū asserit eū factū extraneuz a dolore
mortis. denotat ꝙ in sepatōne anime a suo
corpe nullū sensit dolorē. Insup ꝙ ei⁹ cor
pus sit ab incineratione ꝓseruatuz vel ab
sconditū incorruptū vsqz in diē iudicij. Vt
vt magis pie credere possumus iterū anime
reunitū atqz delatū ad celum empirreū vbi
cū xpo ꝙ virgine matre gloria taz aīe ꝺz cor
poris gaudet. Tertio amor xpi ad iohez
cōclusus fuit in supna glorificatione. Sicut
enī magnū fecit eū meritis i ecclesia militan
te. ita magnificauit eū in beata gloria. Sed
ꝺa illius mensuraz inuestigare nō possum⁹
tñ id cōsideremus ꝙ beatissimi iohis glā ꝑ
eminet magnitudini ꝙ potentie quorūcūqz
regū ꝙ imperatorū huius mūdi. qñ iohānes
in eternū viuit glorioſus cū xpo. illorū vero
memoria perijt cū sonitu. Quidnā ampli⁹
de diuitijs: de delitijs: de magnificentijs: de
pompa: de famulatu: de fama: ō prestantia
illorū imperatorū ꝙ tpe iohānis euāgeliste
clarissimi fuerūt i orbe. O infelix humana
conditio. O labilis humane vite decursus.
Impauit Tiberius post Octauianū annis

UVA. BHSC. IyR_226

vigintitribus. quo regnante anno ut puto quinto decimo sui imperij. Iohānes factus est apostolus xpi. et nihilomin⁹ mortuus ē.

Gaius galligula post ipsū imperauit annis fere quatuor et mortuus est. Claudius successit huic et cuz imperasset annis fere ⁊tuor decim mortuus est veneno extinctus fraude uxoris. Nero sumpsit imperū regnauitqz annis tredecim. mensibus octo. et seipsuz interficiens mortuus est. Galba illi successit et dum imperasset mensibus septez ab ottone occisus mortu⁹ est. Otto inuasit imperiuz et metu vitelli se occidens mortuus est. Vitellius impare volēs a militib⁹ vespasiani pugnando occisus est. Fuitqz impiuz Galbe Ottonis et Vitellij circiter mēses decem et octo et sicut predictum est mortui sūt.

Vespasianus imperū sublimatus cū imperasset annis decem mortuus ē. Titus filius eius imperauit annis duobus et mortuus est. Domitianus frater titi imperauit annis quindecim. mensibus quinqz. q̄ edificauit templū pantheon. et iohānē in doliuz feruētis olei iussit poni. Anno xpi nonagesimo sexto. tandē a suis cubicularijs occisus est. Nerua secut⁹ est qui imperauit anno uno. mensib⁹ quatuor et mortu⁹ ē. Traianus imperium suscepit et cum regnasset annis decem et nouem. et mensibus sex mortuus est. Quid ex his remansit nisi cineres et vermes. At iohannes vsqz ad scōm Traiani annum imperauit vicijs vt ab eo discederent. regnauit in decore virtutum. seruauit precepta sui dilecti magistri. contēpsit mundum. spreuit terrena. temporalia queqz deiecit. tulit patienter aduersa. Et tandem in senectute bona migrauit ad celos. Ibi nūc fruitur eterna pace. Ibi exultat cuz angelis sanctis. Ibi possidet omne bonū eiusqz me moria facta est sempiterna. Ibi deniqz pro suis deuotis interpellare non cessat. Quez deprecemur omnes vt p nobis intercedat apud xpm dominū omniū et suā benignissimam matrez quatenus in hoc seculo digni efficiamur gra dei. et in futuro beatitudinē illaz possideamus que est ipse de⁹. qui viuit et regnat in secula seculorum. Amen.

Sermo trigesimus sextus de scō iacobo maiore filio Zebedei et fratre iohis euangeliste.

Dicit alios duos frēs iacobū zebedei et iohēz frēz ei⁹ i naui cū zebedeo pre eorū reficiētes retia sua et vocauit eos. Scribūt hec ꝟba originaliter mathei. iij. ca⁹.

In toto trarū orbe btissimus apls iacob⁹ colit a cūctis fidelib⁹ deuotione feruētissima. qm̄ sic meritis apud dñm magn⁹ inuēt⁹ ē. ita eius patrocinū exposcētib⁹ benign⁹ ac liberalissim⁹ inuenit. Ipse ē q̄ iacob⁹ maior vocat sicut et alt minor. qō tō fit q̄a prior illo a xpo vocatus est. Insup ad maiorē familiaritatē admiss⁹ fuit vt p̄dictū ē ō iohē euāgelista. et int apl̄os prim⁹ martyriū suscepit. celestez regnū intrauit. Quia ꝟo ecclia festuz illi⁹ solleniter celebrat. decet nos q̄ztū possumus cū vet ad iutorio laudibus ei⁹ insistere. quē tō xp̄s ad apl̄atuz assūpsit ut clarus fieret virtutibus atqz signis. Quare ō ipso i pñti ꝑmone dicemus de q̄ tria misteria ꝓponim⁹ ꝓtēpl̄ada

Primū dr̄ dyabolice supationis
Scōm virtuose tollerationis
Tertiū gratiose auxiliationis

Qualit̄ btūs iacobus supauit dyabolicas artes. et quō pōt dyabol⁹ hūana corpa molestare et visibilit̄ apparere ac trāsfigurare se in angelū lucis. Cap̄. pmū.

Primū misteriū cōtēpl̄adū ō btō iacobo dr̄ diabolice supationis. Nā diabolicas artes xpi ꝟtute deuicit. vt enim scribit math. x. ca. Cōuocatis ihs xij. discipul̄s suis dedit illis ptātē spirituū ūmūdoz vt ejcerēt eos. q̄lit̄ ꝟo iacob⁹ demones expugnauit exlegēda ipsi⁹ colligē possum⁹. vbi sic habet. Post ascēsionē dñi dū iacobus p iudeā et samariā p̄dicasset i hispaniā tādē venit. ꝛz dū ibi nil ꝓficere se videret et tm̄ nouē ibi discipulos acq̄siuisset duos ex illis cā p̄dicādi ibi reliq̄t. et alios septē secū assumēs iterū iudeaz abiit. Cū ergo ibi ꝟbū dei p̄dicaret. mag⁹ q̄dā noie hermogenes ad instātiā pharisey⁹ discipulū suū noie filetū ad iacobū misit vt ipsū filet⁹ coā iudeis ꝙincēt q̄ sua p̄dicatō falsa eēt. at vbi ille iacobū vidit audiuitqz vocēt atqz ispexit signa et miracula q̄ dñs faciebat p eū cōde ꝙpūa⁹ ad hermogenē redijt ⁊ testās se discipulū iacobi velle fieri psuadens vt idē hermogenes faceret. Qz

UVA. BHSC. IyR_226

ꝓpterea indignat⁹ Hermogenes arte sua magica ita eu3 immobilem fecit vt se nulla tenus mouere posset dicens. Videbimus si iacobus tuus te saluet. Ad quem filetus iacobo per puerū nunciasset: misit ad eum iacobus sudariū suū dicens. Accipiat sudariu3 ⁊ dicat. dñs erigit elisos: dominus soluit cōpeditos. Statimq3 vt de sudario tactus est solutus a vinculis magicis artibus hermogenis insultauit: ⁊ ad iacobum properauit. Iteru3 Hermogenes demones aduocauit ꝓpiens vt ipsum iacobū vinctum cū fileto ad se adducant. Qui venientes ad iacobū in aere vlulare ceperūt dicētes. Iacobe apostole miserere nobis quia satis ardem⁹. Vt sit nos Hermogenes et mox vt ad te venimus angelus dei nos molestare non cessat. Cui⁹ iacobus Dimittat vos angelus ⁊ ad hermogenez redite eumq3 ad me vinctū adducite sed illesū. Ad quē illi ꝓtinus cōpleuerunt vinctumq3 adduxerūt ad iacobū. quē a fileto fecit exsolui. non sinens dyabolos illi nocere. Dixitq3 illi. perge quo vis et tua vtere libertate. qa nemo inuitus bene agit. At ille mutatus in alterum virū venā humiliter postulauit. Acceptoq3 ꝑ timore demonum baculo iacobi perrexit ad domum ⁊ omnes libros artis magice ad apostolum cremandos adduxit. Quos tamē iacobus in mare proici fecit. Itaq3 hermogenes deceteto apostolo adherens virtutibus pluribus floruit.

Propter ea que dicta sūt tria dubia de demonibus sunt aperienda.

Primū vtrū demones possint humana corpora molestare.

Secōm vtrū possint hoib⁹ visibiliter apparere

Tertiū vtrū peccet q̄ adorat dyabolū cuz se transfigurat in angelū lucis.

Ad primu3 dubiū dicimus. q⁹ cū ꝑmittit deus possunt demones humana corpora multimode perturbare etiā ⁊ morte inferre. Ad ꝯ exemplis clarissimis demonstramus. Scribit nanq3 Thobie vj. ca. q⁹ Sara fuit successiue tradita septē viris quos oēs occidit demonium. Et Job j. ca. Egressus sathan a facie dñi p cussit iob vlcere pessimo a plāta pedis vsq3 ad verticē eius. Et mathei xv. ca. Filia chananee male a demonio vexabat. Et mathi xvij. ca°. Xps eiecit demonium a puero qui lunaticus erat. ⁊ sepe cadebat in ignez ⁊ crebro in aquam. ⁊ curatus est puer ex illa hora. Et Luce xj. ⁊ mathei xij. Erat ihūs eiciens demonium ⁊ illud erat mutum. ⁊ cum eiecisset demonū locutus est mutus. Crisosto⁹. ait. Q⁹ demon fecerat illum hominem mutu3: surdū ⁊ cecū. Ideo demone abiecto sanatus est. In vitis patrū legit de bto antonio. q⁹ dum in quoda3 tumulo latitaret. multitudo demonū adeo illū lacerauit q⁹ a discipulo eius quasi mortuus inuentus est. ab eoq3 inde asportatus humeris proprijs. cum nocte ad se redyisset a prefato discipulo ad eundē locum asportari se fecit. Qui cu3 ex dolore prostrat⁹ iaceret ex virtute animi ad conflictum demones excitabat. quez illi iterū verberibus crudelissimis affecerunt. Tūc subito splendor maxim⁹ ibi apparuit. ⁊ demones cunctos fugauit. Antoni⁹ autē continuo sanatus est. Ibiq3 ꝑm adesse intelligens ait. Vbi eras bone ihu. vbi eras: Quare a principio non affuisti vt me adiuuares ⁊ vulnera mea sanares. Cui dom⁹ Antoni hic eram sed expectabā videre certamen tnū. Nūc aūt quia viriliter dimicasti in toto orbe facia te nominari. De sācto dominico scriptū est in sua legēda q⁹ existēte ipso Bononie cum fratres iā ad dormiēdum fuissent. quidam cōuersus a dyabolo vexari cepit. qō cuz frater Rancrius lausanensis magister ei⁹ audisset. beato dominico studuit indicare qui ad ecclesiā ante alta re ipsū portari precepit. vbi cum vix a decez fratribus fuisset adductus. beatus dominicus dyabolo dixit. Aduro te miser vt dicas mihi quare vexas creaturam dei et quomō huc intrasti. Qui respondit. vero illum qa heri bibit in ciuitate sine licentia non adhibito signo crucis. Ad quod postmodū cōpertu3 est verum fuisse. Ad oronem vero beati dominici campana ad matutinum pulsante. dyabol⁹ ab illo discessit. Refert Ambrosius qui passionem beate agnetis descripsit q⁹ filius prefecti volens illi vim inferre ⁊ violenter illaz oppremere. prefocatus a diabolo expiraut. In vita etiā sancto3 Simplicij Faustini ⁊ Beatricis habetur q⁹ Lucreti⁹ prefectus q̄ ipsā beatricē sorore3 simplicij ⁊ faustini renuentes ꝑ dolis ꝑmolare precepit suffocari a dyabolo arrept⁹ et ꝑ tres horas vexatus mortuus est. De Zoroastre xo ba-

UVA. BHSC. IyR_226

ciriauozū rege q̄ qñ natus est risit vt ait Solin⁹ ⁊ Aug⁹ libro xxj. de ciui. dei ⁊ magicas artes inuenit scōm Isidorū libro ethimo. viij. scōm aliquos tenet⁹ q̄ licet bello fuerit a Nino deuictus. tñ a demone quez importunus frequentabat occisus est. Sufficiant tam q̄ dicta sunt. ad intelligendū q̄ nisi dei manu potestas dyaboli arceatur. multimoda potest humanis corporibus nocumenta inferre. Quandoq; vero sinit illū de⁹ talia facere vel ad sue glorie manifestationem fiē euenit in illis qui vexati suo nomine ⁊ scōz meritis liberant⁹. Vel ad bonorū exercitationē atq; illorū patientie cōmendationez. sicut factum est in Job ⁊ Antonio. Vel ad iniquorū vindictam ⁊ punitionē sicut cōtigit illis quos demonū interfecit. Nam ut inq̄t Tho. p̄ma pte. q. c. xiij. articulo p°. demones impugnāt homines dup⁹. Uno modo inducendo ad peccatū ⁊ sic nō mittuntur a deo sed aliquādo p̄mittunt⁹ scōm dei iusta iudicia. Aliq̄n impugnant homines puniēdo ⁊ sic non tñ p̄mittunt⁹ sed etiaz mittūtur a deo. pena enim refert⁹ in deuz sicut in p̄mū actorē. Et tñ demones ad puniendū missi alia intentione pununt q̄z mittant⁹. Naz ipsi puniunt ex odio vel inuidia. mittuntur aūt a deo ꝓpter ei⁹ iusticiā. Et licet possint vt iam tactū est humana corpa ledere. non tñ tanta est illorū potestas vt valeāt corporis liniamenta in membra bzutorū alialiuz transformare. de qua materia plene dicauz est in tractatu de timore iudicioz dei in sermone ō bello demonū ⁊ hominū. Scōm dubiū fuit vtrum demones possint hoibus visibiliť apparere. Et ad hoc rñdeo q̄ sinuē te deo apparent q̄nq; in assumptis corporibus. qō etiaz ex illis q̄ diebus nr̄is euenerūt ꝑbare possumus. Nā anno dñi. M°. cccc°. lxvij. dū erā apud Albegam in ꝓuincia tanc affui examinationi quarūdā mulieruz q̄ malefice putabant⁹. audiuiq; ex ore illaz qualiter demones familiares habebāt qui eis apparē ꝑsueuerūt in hūana effigie ⁊ multa verisimilia de eorū cōmercio retulerunt. In ꝓuincia sācti frācisci aput nocerią fuit alia mulier Santucia noie q̄ multa secreta hoīb⁹ reuelabat. Cōstruxerat vero sibi domuculā extra cōem habitationē i ꝑdio suo in q̄ duo sui filij ꝓmorabāt⁹ in tēporiz vt venirēt ad mr̄ez vēderēt vinū ⁊ alia necessaria. Quidā aūt rustic⁹ dū pecuniā in pāno ligatā ꝑdidisset ad eā se ꝓtulit. Ibiq; hospitat⁹ vt mane a Santucia de sua pecunia informaret⁹. Media nocte audiuit extra tuguriū Santucā cū alio loquētez. ille dyabol⁹ erat. nā surrexit rustic⁹ ⁊ caute explorans q̄ nā hec foret. vidit Santucią denudatā. audiuitq; illā dicētez. vbi ē pecunia huj⁹ rustici. Ad q̄ ꝺba audiuit diabolū rñdentē. licz illū oculis nō videret. Pecunia ist⁹ ē in vētre porci sui q̄ cecidit dū erat i stabulo ⁊ porcus ibi comedēs cū alijs immūdicijs illā deglutiuit. Dicas tū ei q̄a vxor ei⁹ furata est vt sic discordia ſeminet⁹ inť vxorē ⁊ ipsuz. Statim rustic⁹ inde discessit ⁊ concito gressu ad ꝓpa festinās porcū suuz interfecit. in cuius visceribꝰ pecuniā ꝑditā inuenit. deinde perusiū se ꝓtulit maleficā accusauit. q̄ ad iudicū deducta. ꝺ desuis cōuicta sceleribꝰ igne cremata ē. Tertiū dubiū fuit vtrū peccet q̄ adorat dyabolū cū se trāsfigurat i angelū lucis. Ad qō ita dicit dñs Bonauen. in iij. di. xj. vel. x. q̄ honor latrie pōt adūsario xp̄i dup⁹ exhiberi. aut simp⁹ aut sub ꝺditione. Si simp⁹ dico q̄ nō pōt eē sine pctō. offert⁹ enī cult⁹ latrie alteri q̄z deo. ⁊ nō ē ibi petiō idolatrie. nec excusat⁹ rōe ignorātie. Habz enī hō triplex adiutoriū p q̄ pōt errorē deuitare. Primū ē remediū admonitionis sacre scripture q̄ dicit q̄ multi vēturi sūt in nomine xp̄i mēdacit⁹. Scōm ē remediū sce orōnis q̄ ad deū debet hō recurrere ut cor eius illuminet. Tertiū ē suspēsio credulitat⁹ sue. Nō enī debet hō oi spiritui credē sz ꝑbare si ex deo sūt. Aut enī cito crediti talibus leuis ē corde. ⁊ fortassis inflat⁹ in corde dū ad tales visiones ⁊ reuelationes ꝑdoneū se esse existimat. vñ tales apparitiones potius sūt formidāde q̄z desiderāde. Narrat⁹ enī de q̄ dā scō pr̄e q̄ cū ei diabol⁹ in specie xp̄i apparuisset. ille clausis oculis dixit se in hac vita nolle xp̄m videre. Et diabol⁹ ei⁹ humilitate cōfusus statī euanuit. Ecōtra ō plurimi⁹ or qui se ad visiones ꝑdoneos reputauerunt ⁊ desiderauerunt q̄ in multas infamias et errores precipitati sunt. Et ideo si simpliciter adorat quis xp̄i aduersarium non excusat a peccato etiam si credat ipsum esse christū. Si etiā adoret sub conditione hoc potest eē



UVA. BHSC. IyR_226

vup'. aut quia est illa cõditio habitualiter aut actualiter considerata siue oppositа. Si actualiter sic non adorat ipsum luciferum. sed magis ꝑm ꝙa non stat oro nisi state cõ ditione ⁊ ad eũ refert adoratio ad quem re fert adorationis impletio vel intentio. Si aũt illa conditio sit sub cõditõne habitual i hoc modo nõ sufficit ad vitandũ peccatum ydolatrie respectu huius apparitionis siue transfigurationis. sufficit tñ respectu sacra menti altaris. ⁊ nã talis transfiguratio ẽ in solita. Et ideo nõ debet ad eã ꝓcipitãter se qui adoratio. sed cum maturitate et prouisi one. Sed cõsecratio hostie ẽ cõsueta. ideo sufficit ꝙ adorans in habitu hãc habeat cõ ditionẽ videlicet si cõsecratio sit debito mõ facta. Vnde pauci vel nulli fideles in hac adoratione peccant. Oẽs enim accedũt cũ con ditione ista.

De felici martyrio beati Iacobi ad qõ cõ currit sanitas paralitici ⁊ cõũsio Iosie atq; sepulture miraculosa dispositio Cap. scõm

SEcundũ misteriũ cõtemplandũ de be ato Iacobo dr̃ virtuose tollerationis. nã ꝓ ꝓpo martyriũ capitis obtrũcatione sustinuit. circa qõ tria ꝓuilegia cõsiderem⁹

Primũ fuit paralitici sanatio
Scõm Iosie cõuersio
Tertiũ sepulture dispositio

Primũ ꝓuilegium fuit paralitici sanatio Cũ enim iussu herodis ad decollandũ ducere tur q̃dã paraliticus in via iacens ad eũs cla mauit vt sibi sanitatẽ cõferret. Cui iacob⁹ ait. In noie ihu xpi pro cuius fide ducor ad decollandũ exurge sanus. ⁊ bñdic creatorez tuũ. q̃ statꝫ sanus factus surrexit ⁊ dñm bñ dixit. Scõm ꝓuilegiũ fuit Iosie conuersio Is enim ynẽ in collo eius miserat illiq; tra hebat. q̃ viso miraculo paralitici ad pedes iacobi se ꝓstrauit ⁊ venã petens xpianum fieri se postulauit. qõ cũ vidisset Abiachar pontifex sibi dixit. nisi nomen xpi maledixe ris cuz ipso iacobo decollaberis. Cui iosias Maledictus tu. Nomẽ aũt dñi nr̃i ihu xpi sit benedictũ in secula. Tunc Abiachar os eius pugnis cedi iussit ⁊ missa de eo legatio ne ad herodẽ impetrauit vt cum iacobo de collaret. Cũ autẽ decollari deberent Iaco bus a speculatore lagenã aquẽ petijt ⁊ ibidẽ Iosiam ꝓtinus baptiçauit. ⁊ statiz capitis obtruncatõne martyriũ ꝓsumauit. Decol latus est aũt btũs iacobus vnj. kal'. apriliꝫ. in annũciatione dñe ⁊ octauo kalendas au gusti in cõpostellã translatus. ⁊ tertio kalẽ das ianuarij sepultus. ꝙa sepultura eius fa bricata fuit ab augusto vsq; ad ianuarium prolongata. Statuit tñ ecclesia vt festũ eius octauo kalẽdas augusti tẽpore. s. magis cõ gruo celebraret. Tertiũ priuilegiũ fuit sepulture dispositio. vt enim refert Iohannes Beleth. decollato iacobo discipuli corpus eius nocte timore iudeorũ rapientes nauiculo illud imposuerũt. ⁊ sepulturã diuine prouidentie cõmittentes nauim sine remige con scenderũt. Et angelo dñi duce in galiciam in regno lupe applicuerũt. Erat ibi regina sic dicta Lupa noie ⁊ merito vite. deponen tes ergo corpus de naui sup quẽdã magnũ lapidẽ illud posuerunt. q̃ lapis mox ut cera corpori cessit ⁊ in sarcophagũ corpori se mi rabiliter coaptauit. Ingredientes igitur di scipuli ad lupã dixerũt. Dñs ihs xps mittit ad te corp⁹ discipuli vt quẽ noluisti suscipe viuũ suscipias nũc defunctuz. Et narrãtes ei miraculũ qualiter. s. illuc sine remige adue nissent locũ eius sepulture cõgruũ petierũt Que dũ regina audisset ut ꝓfatus Iohannes Beleth dicit. eos in dolo ad quendã virum crudelissimũ destinauit. vt eius sup hoc cõ sensũ haberent. Qui eos cepit ⁊ in carcere reclusit. Cũ aũt ille discũberet angelus dñi apparuit et eos libere abire ꝓmisit. Qui ad reginã redeũtes iterũ petierũt locũ sepultu re ꝓ corpore beatissimi iacobi. quibus illa rñdit. Accipite boues qs habeo in tali mõ te ⁊ plaustrũ iungite ac corp⁹ dñi vr̃i defer te. ⁊ locũ sicut volueritis edificate Hoc aũt Lupa dolose dicebat. Sciebat enim boues eẽ thauros indomitos ⁊ siluestres. Et tõ puta uit ꝙ nõ possent iũgi nec applicari. vel si iun gerent hucusq; discurrerẽt ⁊ sic currum dissiparent et corpus eicerẽt ⁊ ipsos necarẽt Sed nõ est sapiẽtia nec cõsilium contra deũ. nã illi dolũ non cogitantes montẽ ascenderũt. ⁊ draconem quendã ignẽ spirantẽ ⁊ in eos irruentẽ cru ce oppositа ꝙ medium ventrẽ scindũt. facto etiã sup thauro signo crucis velut agni pro tinus mansueuerũt Et eos iũgentes corpus sancti iacobi cũ lapide sup quem positũ fue

UVA. BHSC. IyR_226

rat in curru posuerũt. Boues aũt sine alicu ius regimine corpus in mediũ palaciũ lupe adduxerũt. Ꝺ illa videns ⁊ stupens credi dit ⁊ xp̃iana facta. omnia q̃ petierũt tribuit ⁊ palaciũ in ecclesiã sco dedicans magnifi ce ipsã dotauit ⁊ in bonis operibus vitaz finiuit.

Qualiter btus iacobus gratiosus ẽ ⁊ benignus his qui implorant eius patrocinium Cap̃. tertiũ.

Tertiũ misteriũ contemplandũ de beato iacobo dicit gratiose auxiliations Res mira est cõsiderare q̃z ꝓmpte q̃z abũde q̃zue celeriter Iacobus in celo beatus suis deuotis ⁊ suffragia illius expposcentib⁹ frequẽter occurrat. Omissis tñ multis que dici possent. tria in hac parte stupenda miracula exponemus. Primũ ẽ de quodã Bernardo mutinense q̃ dũ captus ⁊ cathenat⁹ in profundo turris positus esset ⁊ semp beatũ iacobum inuocaret apparuit ei scus iacobus dicens. Veni seq̃re me in galiciaz. Ille vero vinculis ad colluz suspensis ad sũmitatẽ turris ꝓscendit. ⁊ inde sine aliqua lesione saltũ vnũ fecit cũ turris seraginta cubitoz altitudinẽ posset. Scom miraculuz fuit de triginta viris de lotharingia. qui circa annũ dñi. M. lxx. ad sanctũ iacobũ properantes oẽs vno excepto fidem sibi mutui seruity ꝓmiserũt Vnus igit infirmatus a cũctis relinq̃t ⁊ a solo illo q̃ fidẽ nõ ꝓmiserat ad pedẽ montis sancti michaelis custodi tur. Sz aduesperascẽte die mort. viu⁹ aũt ꝓpter loci solitudinẽ ⁊ defũcti mortẽ ⁊ imminentis noctis caliginẽ. ⁊ gẽtis barbare feritatẽ tumuit valde. Sed statim scus Iacob⁹ in specie equitis sibi apparens ⁊ eũ cõsolans ait. Trade mihi hũc mortuũ ⁊ tu ascẽde ꝓme sup equuz. Sicq̃z illa nocte ante solis ortũ dietas quindeciz pagẽtes ad montẽ gaudy q̃ est dumidia leuga circa sanctũ iacobuz puenerũt. Vbiq̃z scus iacobus vtrũq̃z depositũ sapiens vt canonicos sancti iacobi ad sepeliendũ peregrinũ mortuũ cõuocaret ac socijs suis diceret q⁹ ꝓpter fidẽ violatã eoz peregrinatio nil valeret. Qui iussa ꝓplenit ⁊ socijs eq̃ sanctus iacobus dixerat intimauit. Tertiũ miraculũ de eo legit de q̃dam theothonico q̃ cũ filio suo circa annuz dñi Millesimũ nonagesimũ ad sanctũ iacobuz pergens. ⁊ in vrbe Tholosana gra hospitãdi diuertens ab hospite inebriat⁹ ⁊ ab eo in malas ciphus argẽteus absconditur. Mane igit exeuntes quasi latrones insequit eos. ⁊ q⁹ ciphũ fuissent furati eis obiecit. Ꝺ cũ inuentũ fuisset iudici accusant. Data vero sententia oia q̃ habebant hospiti dantur ⁊ vnus eoz ad suspendiũ iudicat. Sed cũ pater ꝓ filio ⁊ filius ꝓ patre mori vellet. tãdẽ filius suspenditur. ⁊ pater merens ad sanctuz iacobũ ꝓgredit. Igit post triginta sex dies rediens ad corpus filij sui diuertit lamentabiles voces emittens. Et ecce filius suspẽs⁹ cepit cõsolari eũ dicens. Dilectissime pater noli flere qñ hucusq̃z scus iacob⁹ me sustẽtauit ⁊ celesti dulcedine refocillauit Ꝺ pr audiens ad vrbẽ cucurrit. et venientes ppli pegrini filiũ incolumẽ ꝓposuerũt ⁊ hospitẽ suspẽderũt. Sũt ⁊ alia miracula i eiꝰ legẽda posita q̃ causa breuitatis dimittim⁹. Reuertimur tñ ista tria vt sic inflãmẽt ad beati iacobi deuotionez oẽs illi q̃ sepenumero in hac vita tribulationibus agitant. habeãt beatũ iacobũ aduocatũ ⁊ nõ deerit eis auxiliũ de celo. In quo ipse gloriosus cuz ꝓpole tatur ꝑ infinita secula seculoꝝ. Amen.

Sermo trigesim⁹ septim⁹ ꝺ sancto matheo apostolo et euangelista qui ꝓpm secutus est in obedientia: paupertate ⁊ patientia.

Surgens secutus est eum. Scribunt hec verba Matthei ix. ca. ⁊ in euangelio ꝓsentis sollennitatis. Grauissima est iactura illoꝝ q̃ toto affectu diuitijs huius seculi se dederunt. Tempora alia quippe omnia transitoria sũt ⁊ cito depereũt. Propterea inquit dauid in psalmo. dormierunt somnũ suum ⁊ nihil inuenerunt omnes viri diuitiarũ in manib⁹ suis. Saluberrimũ itaq̃z ⁊ ab omnibus acceptandum saluatoris nostri est documentuz. qui mathei vj. ca. dixit. Nolite thesauriçare vobis thesauros in terra. Thesauriçate in celo vbi nec fures timẽtur neq̃z finis formidatur. Audiunt hec verba sanct⁹ matheus ⁊ vocatus a christo calcatis omnib⁹ huius mundi bonis apostolicaz vitã seruauit

UVA. BHSC. IyR_226

Tamen vt ꝑ eū gesta magnifica cōphendamus. in hoc ꝓmone conabimur laudes eius deprimere sub titulo de xpi seqla. Notabimus aūt principaliter tria in q̄bus ipse secutus est xpm ducē ⁊ caput omniū.

Primū fuit obedientia
Scōm paupertas
Tertiū patientia

Qd beatus matheus obediuit christo vocāti. Et qualiter in oībus obediendus est deo ⁊ quare obedientia fit homini prestanda. Et de septē obediētie gradibus. Cap. ꝓmū

PRimum in quo matheus secutus fuit xpm est obedientia. Erat ipse natione iudeus vt hiero⁹ asserit in prologo i matheum. officio publicanus. i. curam habens de publicis actibus scōm Nico. de lira. Erāt enī tūc iudei tributarij Romanorū. Et illi q̄ colligebāt tributū romanis mittendū vocabant publicani. Nouissimo dicōmuniter sūt campsores ⁊ pecuniarum numeratores Vidit ergo ihūs illū sedentem in tholoneo Et tholoneū ꝓnūciat penultima ꝓducta Dicitq; illi. Seq̄re me. Cōfestim obediuit Nō replicauit: nō causā exegit: non ꝺ dixit. nō demq; passus est morā. In hoc xpō q̄ztuz potuit se fecit cōformē q̄ patri eterno est factus obediens vsq; ad mortē. vt dr ad ephesios v. ca. Sed vt obedientie virtus clarius elucescat in hoc loco tria dubia se ingerunt declaranda.

Primū vtrū deo sit in oībus obediendum
Scōm vtrū homini sit obediendū
Tertiū qualiter ē obediendū

Ad primū dubiū arguūt q̄dā sic. Nihil est faciendū ꝺ virtutē. sed inuenit q̄dā ꝓcepta dei ꝺ virtutē. ergo deo nō ē in illis obediendū. Precepit nāq; abrahe vt occideret filiū innocentē. sicut patet genesis xxij. ca. Et iudeis vt furarent res egyptiorū. vt ponit exodi xij. ca. qō fuit ꝺ iusticiā. et osee vt acciperet mulierē adulterā qō ē ꝺ castitatē. Sz scūs Tho. 2ª 2æ. q. c. iij. ad hoc ita rñdet. Qz sicut deus nihil opat ꝺ nām. q̄a hoc ē natura vnuscuiusq; rei qō in ea deus opatur vt dicit Aug⁹ xxj. de ciui. dei. ⁊ etiā glo. ad romanos xj. ca. opat tū aliq̄d contra solitum cursū nature. Ita etiā deus nihil pōt precipere ꝺ virtutē. q̄a in hoc ꝑncipaliter ꝙsistit virtus ⁊ rectitudo voluntatis hūane q̄ dei voluntati cōformet ⁊ ei⁹ sequat imperiuz q̄zuis sit ꝺ virtutis moduz. Scōm hoc ergo ꝓceptū abrahe factū q̄ filiū innocentē occideret nō fuit ꝺ iusticiā. q̄a deus ē dñs mortis ⁊ vite. Simili nō fuit ꝺ iusticiā q̄ mandauit iudeis vt res egyptiorū acciperēt. q̄a eius sūt omnia. et cui voluerit dat illa. Mū xiij. q. v. ca. dixit dñs. dr. Nec israelite furtū fecerunt sed deo iubenti ministerū exhibuerūt. Nec fuit ꝺ castitatē ꝓceptū Osee factum q̄a ipse deus ē hūane generationis ordinator. Et ille est debitus modus vtendi mulieribus quē deus instituit. Concordat his dñs Bonauen. in suo ꝓmo di. xlvij. vbi ait. q̄ deꝰ non potest ꝓcipere malum manēs malum. ex eo q̄ illud quod precipit semp est bonū. licet q̄nq; aliq̄d esset malū anteq; ab ipso ꝓciperet. Iustū itaq; ⁊ debitū ē in omnibus obedire deo cui oīs creatura famulatur. Ipsi nanq; obediūt oēs angeli: sol ⁊ luna ⁊ oia sidera celi. Insensibilia elementa ⁊ cūcta q̄ in celis ⁊ in terris reperiūt. Quāto magis eius imperio subiacere tenet homo cui tot innumera largitus ē bñficia. et ꝑ obediētiaz pollicet eterna ꝓmia. Scōm dubiū fuit vtrū homini sit obediendū. Ad qō ita rñdet scūs Tho. vbi s. q. sicut actiones rerū nāliū ꝓcedūt ex potentijs nālibus ita etiā opationes hūane ꝓcedūt ex hūana volūtate. Oportuit aūt in rebus nālib⁹ vt superiora mouerent inferiora ad suas actiones q̄ excellentiā nālis virtutis collate diuinitus. Qñ etiā in rebus hūanis oportet q̄ superiores moueant inferiores q̄ suā voluntatē ex vi auctoritatis diuinit⁹ ordinate. Quo uere aūt q̄ rōnē ⁊ volūtatē ē ꝓcipe. Et ideo sicut ordine nāli diuinitus instituto inferiora in rebus nālib⁹ necesse habēt subdi motioni superiorū. Ita etiā in rebus hūanis ex ordine iuris nālis et diuini tenent inferiores suis superioribus obedire. Hoc ē q̄ apls dixit ad Roma. xiij. ca. Omnis aia potestatibus sublimioribus subdita esse debet. Nō enī est potestas nisi a deo. Sed plerīq; obiciunt huic sententie cōtendentes ꝓbare q̄ nō debet hō homini obedire. nā videt hoc esse ꝺ ordinatōnē diuinā cū deus hoiez constituerit in libertate arbitrij ⁊ reliq̄rit illū in manu consilij sui. quare videt q̄ vnusq̄sq;

UVA. BHSC. IyR_226

suo cōsilio et volūtate nō alterius p̄cepto se regere debet. Ad hoc ita rñdet Tho. q. 89 reliq̄t hoiem in manu cōsilij sui. nō q̄a liceat ei facere omne qđ vult. sed quia ad id qđ faciendū est non cogit necessitate nature sicut creature irrationales. sed libera electione ex p̄cepto cōsilio procedente. Et sicut ad alia facienda debet p̄cedere p̄cepto consilio ita etiā ad hoc q. obediat suis superioribus Exquo obedire hominī q̄ superior est i his q̄ spectant ad suā superioritatē debitū ē. et laudabile. Imo obedientia cūctas virtutes morales excellit. Nā inter virtutes morales tāto aliqua potior est q̄nto magis aliq̄d ꝓtēpnit vt deo inhereat. Sunt aūt trīa genera hūanorū bonorū q̄ hō pōt cōtemnere p̄p̄ deū. quorū infima sūt exteriora bona. Media sūt bona corpis. Suprema aūt sūt bona animę. Inter q̄ quodāmodo p̄cipua est volūtas mq̄tuz. s. p volūtatē hō omnib9 alijs bonis vtit. Et ideo p se loquēdo laudabilior est obedientie virtus qua quis p̄pter deum ꝓtemnit p̄priā volūtatē q̄z alie virtutes morales q̄ p̄pter deū aliqua alia bona contemnūt. Ideo Grego. vltimo moraliū exponens illud p̄mi regū xv ca. Melior ē obediētia q̄z victime. inq̄t. Obediētia victimis iure ꝓponit. q̄a p victimas aliena caro. per obedientiā vero voluntas p̄pria mactatur

Quātū vero obediētia sit grata deo: ostēdunt nobis exēpla p̄batissima. Nam i vitis p̄trū narrat. qualiter abbas paulus precepit discipulo suo iohāni vt afferret ei fimuz bonum quo indigebat. At ille ait In loco vbi fimus est habitat leena. Cui abbas. Si venerit sup te alliga eaz. et duc tecū. Venit iohannes. et invenit leenā irruentē super eum q̄ volut eam tenere sed ipsa aufugit. Iohānes vero seq̄bat eaz dicēs Abbas meus p̄cepit vt alligatā ducā te ad eum. mox bestia substitit. et tenens eaz reuertebat ad monasterū. Ad cuz vidisset abbas ne forte discipul9 inde extolleret dixit ei. Sicut tu insensibilis es ita insensibilē bestiā adduxisti. solue. et dimitte eā vt pergat ad locū suum. Refert adhuc Grego. ij. dyalogorū libro qualiter Maurus missus a scō Benedicto ut succurreret placido puero quē rapuerāt aque p spaciū sup aquas ambulauit. et puerū eduxit saluū. qđ scūs Benedictus obediētie merito deputauit.

Tertiū dubiū fuit qualiter est obediendū. Ad qđ scōm Bernardū dicimus q. septē sūt gradus obedientie. q̄z primus est obedire libenter quē gradū ipse ait nō pōt ascendere q̄ volūtatez p̄cipientis suam nō fecerit. Ideo xp̄s iohis iiij. ca. dicebat. Meus cibus est vt faciā volūtatez p̄ris mei qui misit me. Ex hoc Bernardus ait. Quisq̄s occulte satagit vt q̄đ vult ipse hoc ei prelatus iniungat. ipse se seducit. si forte sibi q̄si de obediētia blandiat. Neq̄z enim ea re ipse prelato sed magis ei prelatus obedit. Et idē Bernardus in sermonibus. Maiorem inq̄t gr̄am meret q̄ paratuz se exhibet ante mandatū q̄z q̄ obedire satagit p9 mandatū. Scōus gradus obediētie est obedire simp̄r. Multos enī videmus post p̄cipientis imperiū multas facere q̄stiones. et sepius ingeminare. quare hoc fieri debeat. q̄s valet hoc adimplere. et huiꝰmōi. inde murmuratio: excusatio: simulatio: impossibilitas: aduocatio amicorū. Cū de vero obediente dr̄ in p̄s. In auditu auris obedivit mi. Et Bernardus ad frēs de mōte dñi ait. verus obediens stultus fiat ut sit sapiens. ad hō omnis eiꝰ sit discretio. vt in hoc nulla ei sit discretio. Tertius gradus obedientie est obedire hilariter. Hilarē enī datorē diligit deus vt dr̄ 2ᵉ ad corinthios ix. ca. Jō Bernardus ait. Serenitas in vultu: dulcedo in sermonibus multū colorāt obedientiā obsequentis. Nubilosa corpis cōpositio. et facies tenebris tristicie obfuscata devotionez ab animo recessisse significant. Quartus gradus est obedire velociter. Dictum fuit Zacheo luce xix. Festinans descende. Apli insup petrus et andreas. Jacobus et iohannes ac ipse matheus a xp̄o vocati ꝓtinuo secuti sūt eū. Quintus gradus ē obedire viriliter in reb9 videlicet arduis et duris. Vñ Bernardus ait. Memētote frēs xp̄i qui ne ꝓderet obedientiā ꝓdidit vitā. Sext9 gradus est obedire humiliter. Vñ saluator luce xvij. ait. Cū oia benefeceritis q̄ p̄cepta sūt vobis. dicite serui inutiles sumus q̄ debuimus facere fecimus. Septimus grad9 est obedire p̄seueranter. qa vt dr̄ mathei. x. ca. Qui aūt p̄seuerauerit vsq; i finez hic saluus erit. Igit̄ btūs Matheus obedientiaz cōplexus est oū imediate post xp̄m abire ce-

UVA. BHSC. IyR_226

pit. Suscepit tñ illū hospicio ⁊ in sua domo parauit cōuiuiū. discūbente vero xp̃o. ecce multi publicani ⁊ pctōres venientes discūbebant cū ihu ⁊ discipulis eius. vidētes aūt pharisei dicebāt discipulis. Quare cū publicanis ⁊ pctōribus māducat magister vr̃? quasi dicat. vos estis fatui q̃a talē magistrū sequimini. At ihs audiens ait. nō est opus valentibus medicus sed male habentibus. Medicū se vocat animarū. s. de q̃ in ps. dr̃. Dixit verbū suū ⁊ sanauit eos. Deinde xp̃s addidit. Euntes discite. i. diligenter cōsiderate illud qō scribit osee vj. ca. Quid ē misericordiā volo ⁊ nō sacrificiū. quasi dicat. si hanc scripturā diligenter considereris inuenies me facere scōm ipsā. ꝓpter qō cōcludit. Nō enīz veni vocare iustos sed pctōres ad pententiā. s. nā ⁊ si aliquos iustos vocauerit ad augmentū gr̃e vt petrū ⁊ andreaz. ⁊ similes. tñ pctōres vocauit semp ad penitentiam. O pietas ihu xp̃i bñdicti O verba dulciora sup mel ⁊ fauuz. O deniqz fiducia ⁊ spes indubitabilis languentiū animaruz ⁊ non venī mq̃t vocare iustos sz peccatores Exp̃gisciminī ad vocē tā blandā: tā suauē. tāqz benignā. Surgite o pctōres a vicijs: deponite ia sordes illoz. vocat vos xp̃s. obedite illi. ⁊ cuz matheo seqmini eū q̃ de se dixit. Qui sequitur me nō ambulat in tenebris.

Q beat⁹ matheus secutus fuit christum in pauptate que data fuit aplis sub p̃cepto quā ipsi diligēter obseruauerūt medicātes. Cap. scōm.

SEcundū in quo matheus secutus fuit xp̃m ē pauptas altissima. nā cunctis diuitijs pauperibus dispensatis nihil ōcctero possedit ꝓprīū. ꝑ pauptatē itaqz volūtariā pfessus ē. vt ad celi diuitias pueniret. Mē dicando igit̄ sibi victuz q̃siuit. ⁊ elemosinis bonoz virozū se sustētauit. Sed in hac pte tria sunt dubia explananda

Primuz vtrum paupertas fuit a xp̃o data apostolis sub p̃cepto.

Scōm vtrū apostoli vitam pauperē volūtarie duxerunt.

Tertiū vtrū sit licitū mendicare

Ad primū dubiū rñdemus scōm doctrinā scripture atqz scōrū q̃ xp̃us p̃cepit aplis vt essent pauges. Vñ Ambroꝰ exponēs illud luce x. ca. Nihil tuleritis in via inq̃t. Qualis debet esse qui euāgelizat regnū dei p̃ceptis apostolicis designatur. vt sine virga sine pera. Et glosa sup illo verbo actuum iij. ca. Argentū ⁊ aurum nō est mihi. hoc dixit petrus paralitico. memoz illius p̃cepti dominici. nolite possidere auruz. Et Augꝰ in liº de mirabilibus sacre scripture. In excusatione elemosine et pauptatis ꝓfessione dixit paralitico. Surge ⁊ ambula: magistri p̃cepta seruans dicentis. nolite possidere auruz. Et Bernardus ad frēs de monte dñi. Cuz diues esset xp̃s pauꝑ ꝓ nobis factus est. Et q̃ volūtarie dedit p̃ceptū pauptatis ipse eiꝰ dem in semetipso nobis formaz dignatus ē demonstrare. Et Hiero⁹ ad Eustochium Discipuli sine calciamento ire onere. ⁊ vinculis pellū ad p̃dicatōnē nouī euangelij destinant. Et milites vestimentis ihu sorte diuisis: caligas nō habebat quas tollerēt. neqz enīz habere poterat deus qō ꝓhibuerat in seruis. Et Crisosto. omelia vltima sup matheū. Si bonū esset aurū hoc vtiqz dedisset apostolis xp̃s q̃bꝰ ineffabilia tribuit dona. Hūc aūt nō solū non dedit sed habere ꝓhibuit.

Scōm dubiū fuit vtrū aplī p̃ceptū datū de pauptate impleuerunt. Et q̃ sicꝫ q̃a scribit matheꝰ xp̃s. qualiter petrus dixit xp̃o. Ecce nos reliq̃mꝰ oia. Et matheꝰ iij. ca. dr̃. cōtinuo relictis oībus secuti sunt eū. Eusebiꝰ in pº liº ecclesiastice historie refert. q̃ post ascensionē xp̃i cū Abagarꝰ rex sanatus a thadeo aplo p̃cepisset dari ei aurum ⁊ argentū. ille nō accepit dicens. Si nr̃a reliq̃mus quomō accipiemus aliena. Et de hoc Hiero⁹ ad Aggeruthiā ita scribit. Nemo aplis pauperior fuit. et nemo tñ ꝓ dño de reliq̃t. Et idē ad metriadē virginē. Apostolici fastigij est pfectecqz virtutis oīa vendere ⁊ pauperibus distribuere. ⁊ sic leuez atqz expeditū cū xp̃o ad celestia subuolare. Et idez ad Helbidiā. Vis pfecta esse ⁊ in primo statu fastigio dignitatis: fac qō fecerūt apostoli. vende oīa q̃ habes ⁊ da pauꝑibus. ⁊ seqre saluatorē ⁊ nudā soláqz crucē sola sequaris

Tertiū dubiū fuit vtrū sit licituz mendicare. Ad qō rñdemus scōm Tho. 2ª 2ᵉ. q. centesima. lxxxvij. Q quadruplici de causa posset q̃s mendicare. Primo causa cupiditatis. dū q̃s mēdicat ut thesauriçet vt ut sic

UVA. BHSC. IyR_226

vinat de mendicitate. q̃ victuꝫ posset acq̃re re laborando. Mñ lex cuilis imponit penã validis mendicantibus. q̃ nõ ꝓpter humilitatẽ vel vtilitatẽ vel necessitatẽ mendicãt.

Scõo põt q̃s mendicare causa humilitatis Nã actus mendicationis habet quandam abiectionẽ sibi cõiunctã. vñ illi abiectissimi vident inter hoies esse q̃ nõ solũ sũt paupe res sed in tñ egẽtes q̃ necesse habẽt ab alijs victũ acq̃rere. Et scõm hoc humilitatis cã aliq̃ laudabiliter mendicant. Mñ hiero⁹ in epla ad Occeanũ cõmendat fabiolã õ hoc q̃ optabat vt suis diuitijs pauperibus effu sis ꝓ xp̃o stipes acciperet. Mõ btũs Alexi⁹ pfecit q̃ oibus suis dumssis ꝓpr̃ xp̃um gau debat se etiaꝫ a suis seruis elemosinam acce pisse. Beatus insup Franciscus in sua regu la ita dixit fratres nihil sibi appꝛopꝛiẽt nec domũ nec locũ nec aliquã rẽ. sed tanq̃ pere grini ⁊ aduene in pauptate ⁊ humilitate do mino famulantes. vadant ꝓ elemosina cõ fiden ter. nec oportet eos verecũdari q̃a dñs ꝓ nobis se fecit pauperez in hoc mũdo. hec ille. Vbi aduertendũ q̃ dñs ibs xp̃s mendi cauit vt sic in hoc humilitatis sue nobis pre beret exemplũ. Mñ Bernard⁹ sup ij. ca. luc ait. Vt te dñe ꝓ oĩa nr̃e pauptati conformares. et oẽs vite hũane calamitates susciperes quasi vnus in turba pauperũ stipez ꝓ hostia mendicabas. Quis me dabit illarũ buccellarũ mendicatarũ participem fieri ⁊ illi⁹ diuini eduly reliquijs saginari. Tenet Bernardus q̃ in illo triduo quo xp̃us se se parauit a matre ⁊ a ioseph ex elemosinis vi xit. Et glo. sup illo verbo psalmi. Ego aũt mendicus sũ ⁊ paup. in q̃t. Hoc dicit xp̃s de se ex forma serui. Mendicus nãq; fuit quia petens ⁊ paup. i. sibi nõ sufficiens. q̃a mundanas copias nõ habebat. Et hiero⁹ i qua dã epla. Caueas ne dño tuo. s. xp̃o mẽdicã te alienas diuntias cõgeras.

Tertio potest q̃s mendicare causa necessitatis. Sicut cuꝫ aliq̃s non põt aliq̃n habere vnde viuat nisi mendicet. Quarto põt aliq̃s mendicare cã vtilitatis cũ. s. aliq̃s intendit ad aliq̃d vtile pficiendũ. q̃ sine elemosinis fideliuꝫ facere nõ põt. Sicut petunt elemosine ꝓ construc tione pontis vel ecclesie. vel q̃buscũq; alijs opibus q̃ vergũt in vtilitatẽ cõem. sicut sco lares vt possint vacare studio sapientie. Ex his apparet q̃z sit temeraria siue damnabilis illoꝝ sententia q̃ religiosos damnãt eo q̃ mẽdicãdo elemosinas q̃bus sustentant ac quirũt. cũ id laudabiliter fiat. Nã elemosine religiosis ideo tribuunt vt liberius religio sis actibus insistere possint quoꝝ cupiũt se fieri participes. q̃ tpalia subministrãt. Hu iusmodi aũt actus sũt oones: discipline: ie iunia: officia diuina: celebratio missarũ: stu diũ scripture sancte: predicatio euangelij ⁊ huiusmõi. Vt ergo iã ad matheuꝫ aplm re deamns. de ipso nõ solũ legimus q̃ reliquerat omnia. sed etiã expost oblata sibi mune ra copiosa cõtempsit. Nã pdicans in ethio pia i ciuitate q̃ dr̃ vadaber duos magos no mine Zaroes ⁊ Arfaxat ibi reperit. qui ita hoies suis actibus dementiebãt vt q̃scunq; vellent mẽbꝛoꝝ officio ⁊ sanitate pꝛiuare viderent. q̃ in tantã superbiaꝫ eruperũt ut se quasi deos ab oibus facerent adorari. Matheus aũt aplus pdictã ciuitate ingressus ⁊ aput Eunuchũ candacis regine quem phi lippus bapꝛizauerat hospitatus ita magoꝝ prestigia detegebat. q̃ quicq̃d ipsi faciebãt hoibus in pnitiẽ hoc ipse cõuerteret in salu tem. Eunucho aũt sanctũ matheũ interro gante. quõ tot linguas loqueret ⁊ intellige ret. exposuit ei matheus quõ spũ scõ descen dente omniũ linguarũ scientiã apostoli re cepissent. ut sicut illi qui ꝓ superbiam turrim vsq; in celuꝫ edificare volebant p cõfusione linguaruꝫ cessarũt ab edificio. sic apostoli ꝓ omniũ linguarũ scientiã turrim nõ de lapi dibus sed de virtutibus cõstruant. ꝓ quam oẽs qui crediderint celũ ascẽdant. Tunc ve nit qui diceret magos illos cũ duob⁹ aduenisse dracombus qui ignẽ sulphureũ ex ore ⁊ naribus euomentes cunctos homines occi debant. Aplus aũt signo crucis se munies ad eos securus exijt. quez mox vt draconcs viderunt ante ei⁹ pedes ꝓtinus dormierũt vixitq; magis. Et vbi est ars vra. Execrate eos si potestis. Ego aũt nisi dñs rogassem q̃ in me cogitaueratis inferre in vos ꝓtinus extorsisset. Luꝝ aũt ꝓlus cõuenisset. in noie ihu ꝑcepit draconibus ut abirent. Et nullũ ledẽtes ꝓtinus abierunt. Lepitq; po pulo de gloria paradisi terrestris magnum sermonẽ cõtexere a qua ꝓpr̃ peccatũ eiectũ hominẽ dixit. sed ꝓ xp̃m in paradisũ celestẽ

UVA. BHSC. IyR_226

reuocatū. Et cū hec ꝓlō loq̄ret. Ecce subi
to tumultus exortus est i quo regis filꝰ plā
gebat mortuus Que cū magi suscitare nō
possent suadebant regi q in deoꝝ ꝓsortiꝰ
raptus esset. Et ideo simulacrū ⁊ templum
sibi constitui oportere. Predictus aūt Eu
nuchus magos custodiri faciens. aplīm ad
uocauit. qui oꝝone fusa eū ꝓtinꝰ suscitauit
Qua ꝓpt Rex noīe Egippus hoc viso per
uniuersas suas ꝓuintias misit dicens. Ue
nite ⁊ videte deū in effigie hois latentē. Ue
nerūt igit cū coꝝonis aureis ⁊ diuersis sacri
ficiorꝫ generibus volentes sibi sacrificare.
Quos matheus cōpescuit dicens. Uiri q̄d
facitis. Ego deus nō sum. sed seruus dñi nr̄i
ihu xp̄i. Itaq; ⁊ munera acceptare noluit.
Illi ergo ō auro ⁊ argēto q̄ō sibi attulerāt
ipso iubente ecclesiā magnā fabricauerunt
quā infra triginta dierū spaciū cōsumarūt
Rex aūt Egippus cuꝫ vxore sua ⁊ omni po
pulo baptiçatus est. Epigeniā quoq; filiaꝫ
regis aplīs deo dicatā plusq̄ ducētis virgi
nibus p̄fecit. Patet itaq; q̄sto amore bea
tissimus matheus pauptatē in omni sua vi
ta fuerit ꝓsecutus q̄ oblatuꝫ sibi thesauruꝫ
accipe recusauit.

Qualiter beatus matheus secutꝰ fuit xp̄m
in patientia quā habuit. equo animo feren
do illataꝫ sibi morte. ob quā Hitarcus dei
iudiciū non euasit. Capitulū tertium.

Tertiuꝫ in quo beatus matheus secutꝰ
est xp̄m fuit patiētia. Nā forti animo
morte violentā ꝑ xp̄o sustinuit de qua tria
cōsideremus

Primo causam
Scdo modum
Tertio iudicium

Primo cōsideremus causā. quare mathe⁹
coronatus est martyrio. Et hec assignatur
Ira ⁊ indignatio Hitarci regis. de quo sic
scribit in legēda. Mortuo rege Egippo hic
ei successit q̄ de alieno genere erat ⁊ Epige
niā virginē cōcupiscens. dimidiuꝫ regni sui
aplō ꝓmisit si cā sibi in suū cōiugiū faceret
cōsentire. Cui aplūs rūdit vt iuxta morē p̄
decessoꝝ sui die dñica ad ecclesiā ꝓueniret.
⁊ presente Epigenia cū ceteris virginib⁹ q̄ꝫ
bona sint iusta cōiugia audiret. Cō rex cū
gaudio adimpleuit. putās q Epigenie vel
let cōiugiū ꝓsuadere. Matheus itaq; virgi
nibus ⁊ omni ꝓlō cōgregatis de bono ma
trimonio diu locutus a rege plurimū ē lau
datus. credens q hoc ideo diceret vt virgi
nis animū ad cōsensum matrimonij ꝓuoca
ret Deinde imperato silentio sermonē repe
tit dicens. Cū bonū sit matrimoniuꝫ si sal
uo fedre teneat. bene scitis astantes q si re
gis sponsā aliq̄s seruoꝝ vsurpare ꝑsumeret
nō solū regis offensā sed morte insup mere
ret. nō q̄a vxorē duxisse ꝓhat sed q̄a spōsā
dñi sui accipiens eius matrimoniū violasse
ꝓuincit. Ita ⁊ tu rex scies Epigeniā eterni
regis sponsā effectā ⁊ sacro velamine conse
cratā. quō poteris sponsā potētioris te tolle
re ⁊ tuo matrimonio copulare. Hec verba
odij ⁊ indignationis ō aplūm fomitē mini
strarūt. Hitarci animū inflāmarunt ad in
discretā ⁊ irratōnabilē ira cūctā. hec demuꝫ
illū furibūdū recedere coegerunt. Scdo
cōsideremus de morte aplī sanctissimi ma
thei modū. Recedēte q̄dē hitarco ab eccle
sia. aplūs intrepidus et ꝓstans ad patientiā
oēs ⁊ cōstantiā cōfortauit. ⁊ Epigeniaꝫ co
rā se ex timore ꝓstratā cū ceteris virginib⁹
benedixit. Post missarū aūt sollēnia Rex
speculatoꝝ misit q̄ iuxta altare matheū stā
tem ⁊ expāsis in celuꝫ manib⁹ orantē misso
a tergo gladio interfecit ⁊ martyrē cōsecra
uit. O mors p̄ciosa in ꝓspectu dñi. O mors
fructuosa q̄ vitā in melius cōmutauit O fe
lix trāsitus in quo matheus tā breui spacio
ad celestia regna migrauit. O beata passio
cui redditur merces infinita. Quisnā expli
cet q̄sta sit beati mathei glia in celo ⁊ in tra
Anima eius vtiq; cuꝫ angelis ⁊ sāctis olb⁹
fruit eterno bono. Corpus vero apud Sa
lernū translatuꝫ a cūctis fidelibus honorifi
centissime venerat. Euāgeliū insup eius p̄
ceteris magis in ecclesia frequentat. sicut ⁊
psalmi dauid. ⁊ epistole pauli. vt ex hoc pec
catoribus ad penitentiā redire volentibus
cōsequende venie spes indubia p̄beat. Nā
dauid pctō luxurie cecidit. Paulus supbia
intumuit. Et mathe⁹ auaricie dedititissim⁹
fuit. Qui tū oēs ꝓpter penitentiā exaltari
merucrūt etiā in ecclesia militante. Ter
tio cōsideremus de morte apli iudiciuꝫ quo
punitus fuit Hitarcus arrogantissimus ⁊
insanus Mortuo quidē aplō ꝓplus ad pala

UVA. BHSC. IyR_226

eiuꝫ ⁊ Mitarci incensurus oia ꝓperabat. Sꝫ ꝓsbyteri ⁊ diacones impetuꝫ mitigantes apli martyriū cū gaudio celebrarunt. ⁊ Ex ꝺo cū nec p matronas ad Epigeniam directas nec p magos posset eā aliquatenꝰ imutare totā domuꝫ eius igne copioso vallauit vt ipsā cum ceteris virginibus cōcremaret. Aplus aūt eidē apparēs omnē ignē ab eius domo excussit. qui erūpens regis palacū inuasit. ⁊ solo rege cū vnico filio vix euadente cūcta cōsūpsit. Statimqꝫ filius eius a demone arreptus patris crimina cōfitēs ad sepulchrū apli ꝓperauit ⁊ Pater ꝺo turpissimus leprosus effectus ē. ⁊ Qui cū curari nō posset manu ꝓpria gladio se pemit. ⁊ Popul⁹ aūt fratrē Epigemie ab apl̄o baptizatū regē cōstituit. q̄ p annos xx. regnauit. ⁊ filiū suum sibi substituēs xp̄ianū cultuꝫ magnifice ampliauit. ⁊ totā Ethiopie prouinciā replenit ecclesijs. Oremus igit̄ dñm ihm xp̄m vt p merita ⁊ intercessionē beati mathei apostoli ⁊ euāgeliste trahat corda nr̄a ad se vt eius sequi valeamus in opibus virtuosis. Sicqꝫ reddamus nos dignos gr̄a sua ⁊ tandē gloria illa ꝓhenni in qua viuit et regnat p infinita secula seculorum. Amen.

Sermo trigesimus octauus de btō thoma apl̄o q̄ licet fuerit ex duodecim vnus qꝺ ad suā glorīā accedit. tñ inuentus est triplici p̄conio decoratus.

Thomas vnus ex duodecim Scribit̄ hec verba iohis xx. ca°. Quáuis btō Thome ad glorīā ingentē accedere videat̄ eo q̄ duodecim apl̄oꝝ numero illum dñs copulauerit. Verūtn bñ ē vt recogitemus ea q̄ in apl̄atu egerit digna laude. ⁊ Parū q̄ꝑe ymo nihil esset apostolici fastigij accepisse honoreꝫ. nisi q̄ ad apl̄at⁹ officiuꝫ spectant implerent̄. ⁊ Propterea in hoc sermone ꝺ scō thoma dicturi aliq̄ enarrabimus. ex quibus eū verū aplm re ⁊ noīe cognoscemus. Qꝫ eni vnus ex duodecim fuerit patet satis ex verbis euāgelij tam iohis xx. ca. in themate. q̄ꝫ etiaꝫ mathei x. ca. Igit̄ referamus quid in eo cōmendabile reperitur Et licet illius p̄conia multa sint. nos tamē de tribus dūtaxat dicemus.

Primū ꝺ confirmatio
Scōm predicatio
Tertiū passio

Qualiter thomas fuit in fide confirmatus videndo xp̄m vbi declarat̄ quō corpus glorificatum sit palpabile. ⁊ an thomas tetigit xp̄um. ⁊ quō de eodē potest esse fides ⁊ visio Cap. primū.

Primū p̄coniū beati thome ꝺ confirmatio. Fuit eni de resurrectione xp̄i et illius diuinitate modo singulari cōfirmat⁹ Cū eni vidisset apl̄os recitātes resurrectionē xp̄i q̄ eis apparuerat ipsa resurrectionis die illo absente credere noluit. ⁊ Neqꝫ absentia illa casualis fuit. sed ex diuina ꝓuidēcia vt esset occasio iterate apparitionis ihu xp̄i ad ipsū reducendū et nos in resurrectionis fide cōfirmandos. ꝓut Grego. asserit i omelia. Et licet dicat̄ luce vltimo ca. q̄ duo discipuli euntes in Emaus cognito dño i fractione panis redierūt in ir̄m ⁊ inuenerunt cōgregatos vndeciꝫ. inter quos oportuit q̄ numerarēt̄ thomas. q̄a iudas iā erat extinctus. Tñ ut ait Beda. potuit cē q̄ thomas dū illi in colloquio de apparitione xp̄i exister̄t exiuit ab apl̄oꝝ collegio. Et in isto interuallo anteq̄ꝫ rediret ad eos xp̄s apparuit cē apl̄is in cenaculo existentibus absente thoma ⁊ Narrātibus ergo illis visionem xp̄i resuscitati. thomas rñdit. ⁊ Nisi videro i manibus eius fixurā clauoꝝ et mittā digitum meū in locū clauoꝝ et mittā manū meā in latus eius nō credā. Hic Crisost⁹ ait Sic simp⁹ q̄litercūq̄ꝫ credē facilitatis ē. ita multū inuestigare est grossissime mentis. et per hoc thomas accusat̄. Alius eni grossior existens eā q̄ est p sensū grossissimū. s. tactuꝫ q̄rebat fidez. ⁊ neqꝫ oculis credebat. vnde nō sufficiebat dicere. nisi videro. sed addidit. et mittā digitū meū in locū clauoꝝ ⁊ mittam manū meā in latus eius nō credā Sed post dies octo dū erāt oēs vndeci congregati apparuit illis ihs. Vbi Crisost. inqt. ⁊ Nō statim. xp̄s apparuit sed post dies octo vt interi thomas a discipulis āmonitus attēdat i mai⁹ desiderū ⁊ fideliꝰ fieret in futurū. Stās ergo ihs i medio dixit eis. ⁊ Pax vobis. deinde dicit thome. Infer digitū tuum huc ⁊ vide manus meas. ⁊ affer manū tuā ⁊ mitte i latus meum. ⁊ noli esse incredulus sed fidelis

UVA. BHSC. IyR_226

Considerem⁹ q̃ta fuit benignitas ihu xpi qui nõ expectauit q̃ interrogaret̃ a thoma sed ex sua misericordia quasi eũ puenies inuitat ad se cognoscendũ. Rñdit vero thomas iã in fide firmatus. dñs meus ⁊ de⁹ meus. Cui xps dixit. Quia vidisti me thoma credidisti. beati q̃ nõ viderũt ⁊ crediderunt Sed ut p̃dicta sine aliquo errore intelligantur opus est ut tria dubia declaremus.

Primũ vtrũ corpus glorificatum palpabile sit a tactu non glorificato.

Scõm vtrũ thomas tetigit corpus xpi

Tertiũ vtruz de eodẽ possit esse fides ⁊ visio Ad primũ dubiũ dixerũt aliq̃ q̃ corp⁹ glorificatũ est intãgibile. qõ ꝓbare ꝓtendunt ꝺa Grego. in omelia inqt. Corrupti necesse est qõ palpat̃. sed glorioſũ corpus est incorruptibile ergo ⁊ impalpabile Insup Crisost⁹ in omelia ait. Dignuz est q̃rere qualit̃ corpus incorruptibile tangibile fuit morta li manu. sed ne tumultueris descẽsionis enĩ fuit. Tñ ỏrũ ꝓbari põt. Iaz luce vltimo ca. xps dixit aplis. Palpate ⁊ videte. Et gregoz⁹ in omelia. Palpabile fuit q̃ veritatez nature ⁊ subtile p effectuz spũalis potentie. Preterea i corpe glorioſo erit veritas ossis ⁊ carnis. Caro ẽ mollis ⁊ os durũ. sed durũ ⁊ molle sũt obiecta tactus. ergo corpus glorioſũ est tãgibile. Ad habendã huius veritatis expſsã noticiã. sciendũ scõm doctrinã Bonauen. in iij. di. xlix. q̃ cũ dico tãgibile duo dico. s. qõ põt ummutare sensuz ⁊ hoc ẽ pfectionis. Et qõ nõ põt latere tactũ nr̃m. ⁊ hoc est impfectõnis. Et ꝺa remanebit qõ est pfectionis ⁊ tollet̃ qõ ẽ imperfectionis. Ideo dicendũ q̃ corpus glorioſũ põt se prebere tãgibile ⁊ põt nõ ꝓbere siue latere. Et hoc habet scõm diuersas cõditiones Nam tangi põt ꝺa põt impellenti resistere cuz sit corpus verũ nõ vanũ vel fantasticuz. latere põt ꝺa põt penetrare organuz tactus: Primũ habz p veritatẽ nature. Scõm p effectũ spũalis potentie. Et hec duo ỏria sũt in nobis sed nõ in corpe glorioſo. Et ad illud qõ obiciebat̃ quia qõ palpat̃ est corruptibile Dicendũ q̃ verũ est de eo qõ est tactui subiectũ sed illud nõ erat in corpe dñi. ideo condescensionis fuit. Scõm dubiũ erat vtrũ thomas tetigit xpm. Et ꝺdã dicunt q̃ non ex eo q̃ qñ vidit immediate credidit. ⁊ reuerentia nõ fuit ausus tangere tñ dñm. iõ xps dixit ei. Quia vidisti me thoma credidisti. nõ dixit ꝺa me tetigisti. Alij aũt asserũt q̃ thomas tetigit xpm vt sic verbis ei⁹ obediret q̃ dicebat ei. Infer digitũ tuũ huc. Et qñ xps postea retulit. ꝺa vidisti me. accipit visus ꝓ tactu. Iã visus ꝓpr̃ suũ nobilem modũ cognoscendi transfert̃ multotiẽs ad actus aliarũ potentiarũ sensitiuarum. Iñ Aug⁹. nõ ait tetigisti sed vidisti me. qm̃ generalis quodãmodo sensus est visus. Iaz ⁊ ꝓ alios quatuor sensus notari solet. velut cũ dicimus audi ⁊ vide q̃z bene sonet. olfa ⁊ vide q̃z bene oleat. Gusta ⁊ vide q̃z bene sapiat. Tange ⁊ vide q̃z bene caleat. Unde et hic dñs dicit Infer digitũ tuum huc ⁊ vide manus meas. vbi nil aliud ait q̃z tange ⁊ vide. cuz tñ ille oculos in digito non haberet Ergo siue intuendo siue etiã tangendo xps ei dixit. ꝺa vidisti me thoma credidisti. quã uis dici possit. nõ ausũ fuisse discipulũ tãgere xpm. licet offerret se illi tangẽdũ. Tertiũ dubiũ fuit vtruz de eodẽ possit esse fides ⁊ visio. Iã aplis ad hebreos xj. ca ait. Fides est substãtia rerũ sperandarũ argumentuz nõ apparentiũ Et Aug⁹ sup iohem. Fides est virtus qua credũt̃ q̃ nõ vident̃. Tamẽ xps dixit thome. Quia vidisti me credidisti Insup fides btẽ virginis magnopere ꝓmẽdat̃. Cui elisabeth dixit. vt scribit̃ luce p⁰. Beata q̃ credidisti qm̃ ꝓficient̃ in te ea que dicta sũt tibi a dño. Et Aug⁹ li. de virginitate ait Beatior fuit maria cõcipiendo fidẽ xpi q̃z cõcipiendo carnẽ xpi. Materna propinquitas nihil marie ꝓfuisset nisi felicius xpm corde q̃z carne gestasset. Iã nihilomin⁹ ipsa vidit xpm nascentez de se virgine. vidit illũ morientẽ. vidit a mortuis iã suscitatuz. vidit ascendentẽ in celũ ⁊ credidit. Ugũ aliquid põt esse visuz ⁊ creditũ. Ad hoc rñdet Bonauen. in iij. di. xxiij. q̃ visio ⁊ fides nõ possunt esse de eodez vno ⁊ eodẽ respectu. cz bene diuersis respectibus. Iã qñ aliq̃d ita videt̃ ex vna parte q̃ ex alia lateat. scõm id qõ latet põt cẽ creditũ. licet ex pte altera videat̃. Cuz ergo in xpo videret̃ vel a thoma vel ab aplis. vel ab ipsa virgine matre illud qõ ad eius corpus ⁊ hũanitatẽ spectabat tñ diuinitas eius sensũ et visũ latebat. Et in hõ maxime virginis illibate fides extollit̃. qm̃

UVA. BHSC. IyR_226

videns in filio tantã humilitatem. credidit tñ semp illius diuinitatẽ. Et hoc ẽ qđ Gregoꝰ in omelia dixit de thoma. aliud vidit et aliud credidit. vidit hoiem ⁊ cõfessus ẽ deũ. Fuit itaqꝫ in fide solidatus a qua ceciderat sicut ⁊ ceteri.

Qualiter thomas apl̃us p̃dicauit populis diuersarũ ꝓuintiarũ loquẽs ydiomata eorum varia. et quõ inter ceteros cõuertit indos ad fidem xp̃i. Capitulum scõm.

Secundũ p̃coniũ beati thome dr̃ p̃dicatio. ⁊ Naz fidẽ ⁊ glorią xp̃i ardentissime p̃dicauit. Circa tamen p̃dicationem eius tria sunt videnda.

Primũ qbus gentibus p̃dicauit
Scõm quo ydiomate
Tertiũ qua efficacia

Primu videndũ est qbus gẽtibus thomas p̃dicauit. Ad qđ ita ait Ysidoꝰ in li° de vita ⁊ obitu scõrũ. Thomas discipulus xp̃i ac similis saluatori. audiendo incredulus. videndo fidelꝭ fuit. hic euãgeliuꝫ p̃dicauit parthis Medis ⁊ Persis. Hircanisqꝫ ⁊ Bragmanis Et intrans orientalez plagã. ⁊ interna gentiũ penetrans. ibi p̃dicationẽ suã vsqꝫ ad vltimũ sue passionis ꝓduxit hec ille. In eius aũt legenda ponit̃ qꝺ p̃dicauit in india vbi nomen xp̃i plurimũ exaltauit Sũt aũt p̃nominate ꝓuincie longe lateqꝫ diffuse in qb9 habitant populi innumerabiles. Ait enim in qt Ysidoꝰ ꝑtuꝫ. ethimolo. li°. In parthia sũt regna decẽ ⁊ octo porrecta a caspio litore vsqꝫ ad terras scitarũ Et ut refert Plinius libro v. de nãli hystoria. Est enꝫ parthia multis rebus p̃digiosis ⁊ monstruosis miranda. Nam sũt ibi bestie feroces: pardi: tigri: linces: aspides ⁊ serpẽtes. Gens etiã dura est ⁊ crudelis victuqꝫ parca. Media insuper est regio opulenta multis fluminib9 irrigua. ciuitatibus ⁊ oppidis p̃clara: multoꝝ populoꝝ dña. Persida etiã amplissima et valde populosa in qua primũ scõm Ysido. vbi s̃ orta est ars magica. Ad cã qđẽ Nembroth post cõfusionẽ linguaruꝫ abijt. ibiqꝫ persas ignẽ colere docuit. Hircania ẽ regio in Asia sub iugis caucasi montis cõstituta habens multas gentes. Ystius hircanie populos ꝺeuicit iohãnes hircanus filius simonis sũmi sacerdotis tp̃e machabeoꝝ a qb9 deuictis iohãnes hircan9 noĩatus est. vt dicit magister in hystoria scolastica i ꝓncipio hystorie euangelice. Sed oĩbus his dimissis de india loquamur. de qua ita refert Ysidorus vbi s̃. Yndia vocata ab indo flumine q̃ ex pte occidentali claudit̃. hec a meridiano mari porrecta vsqꝫ ad ortũ solis. ⁊ a septentrione vsqꝫ ad montez caucasũ pducit. hñs gentes multas ⁊ oppida. Ynsulã qꝫ capio banem gemmis et elephantibus refertam. Crisam ⁊ argurẽ: auro argentoqꝫ fecũdas Tilem quoqꝫ arborẽ folijs nunqꝫ carentez habet ⁊ fluuios Gangen ⁊ Yndũ ⁊ Hupanẽ illustrantes indos. Terra indie fauomo spũ saluberruma in anno bis metit fruges. Mice hyemis estatẽ patit̃. Gignit aũt̃ tigres coloris boies. helephãtes ingentes. Mo noceron bestiã. pstatũ auẽ. Cinamomũ piper ⁊ calamũ aromaticũ mittit ⁊ ebur: lapides quoqꝫ p̃ciosos Berillos. Crisopassos. Adamãtẽ. Carbunculũ. ⁊ alios diũsi generis. Ybi sũt ⁊ montes aureꝫ qđ adire ꝓpter dracones ⁊ grifos ⁊ ummẽsoꝝ hominũ mõstra impossibile est. Predictas itaqꝫ ꝓuintias beatus thomas animas xp̃o lucrifaciẽdas lustrauit.

Scõm qđ erat videndum quo ydiomate thomas apl̃us p̃dicauerit tã referamus. Et ad hoc plenius intelligẽduꝫ nõnulli scire cupiũt. vtrũ apl̃i ꝑ donũ linguarũ loq̃bant̃ linguis omniũ gentiũ. Et licet de hoc dixerim in sermone de spũ scõ. tamẽ aliqua alia erũt hic inferenda. Ygit̃ ꝓbari posset licet apparenter. q̃ apli nõ loq̃bant̃ oĩbus linguis. Primo qa illud qđ diuina virtute oĩbus concedit̃ optimũ ẽ in suo genere. sicut dñs cõuertit̃ aquã in vinũ bonũ vt dr̃ iohis ij. ca. Sed illi q̃ habuerũt gr̃am linguarũ melius loq̃bant̃ in ꝓpria lingua Nã dicit Hiero9 exponẽs epl̃am ad hebreos nõ esse mirandũ q̃ epl̃a illa maiori relucet facundia q̃z alie. cũ nãle sit vnicuiqꝫ pl9 in sua q̃z i aliena lingua valere. Ceteras enim epl̃as apl̃us peregrino ideꝰ greco sermone cõposuit. hanc aũt scripsit hebraica lingua. ergo videt̃ q̃ apl̃us nõ loq̃bat̃ ydiomata aliorũ ꝑ donũ gr̃e gratis date. Scõo arguitur. qa nã nõ facit ꝑ multa qđ pot̃ fieri ꝑ vnũ. Multo minus deus q̃ ordinatꝰ q̃z nã ogat̃ Sed poterat deus faceret q̃ linguam vnã loquẽtes ei9 discipuli ab oĩb9 audirẽt.

UVA. BHSC. IyR_226

ergo videt q nō habu erūt scientiā loquendi oibus linguis. Tertio oēs gr̄e deriuant a xp̄o in corpus eius qō est ecclesia sm illud iohis p°. de plenitudine eius oēs accepim⁹. Sed de xp̄o nō legitur q fuerit locutus nisi vna lingua. ergo videt q discipuli eius nō acceperūt ad hoc gr̄am vt oibus linguis loquerent. Sed in ōrū est glosa Grego. actum ij. ca. q̄ ait. Spūs scūs sup discipulos in igneis linguis apparuit et eis omniū linguarū scientiā dedit. ℟ñdet ergo scūs Tho. 2ª 2ę. q. cētesima. lxxvj. q p̄mi discipuli xp̄i ad hoc fuerūt ab ipso electi vt p vniuersum orbem fidē eius p̄dicarent. ℟ñ aūt erat cōueniens vt q̄ mittebant ad alios instruēdos. indigerent ab alijs instrui qualiter alijs loquerent vel qualiter q̄ alij loq̄bant intelligerent. p̄sertim q̄a isti q mittebant erant alterius gentis. s. iudee. Erant etiā paupes ⁊ ipotētes nec defacili a principio reperirī q̄ eoz verba alijs fideliter interp̄tarent. vl verba alioz eis exponeret. maxime quia ad infideles mittebant. Et ideo necessariū fuit ut sup hoc eis diuinitus p̄uideret per donū linguaruz. vt sicut gentibus ad p̄dolatriam declinantibus introducta ē diuersitas linguarū. ita etiā q̄n erant gentes ad cultuz vnius dei reuocande. ō huiusmōi diuersitatē remediū adhiberet p donuz linguarum Ad primū ergo dicendū q sicut scribit p° ad corinthios xij. ca°. Manifestatio spūs datur ad vtilitatē Et ideo sufficienter ⁊ paul⁹ ⁊ alij discipuli fuerūt instructi diuinitus in linguis omniū gentiū. q̄tū req̄rebat ad fidei doctrinā. Sed q̄tū ad q̄dā q̄ supaddunt būana arte ad ornatū ⁊ elegantiā lectionis. aplūs instructus erat in p̄pria lingua nō aūt in aliena. Sicut etiā in sapiētia ⁊ scientia fuerant sufficienter instructi q̄tū req̄rebat doctrina fidei. nō aūt q̄tū ad omnia q p scientiā acq̄sitā cognoscunt. puta de cōclusionibus arismetrice vel geometrice. Ad scōm argumentū ñdet. q q̄uis vtrūq; fieri potuisset. s. q p vnā linguā aplūs loquētes ab oibus intelligerent. aut q oibus ipsi loquerent. tñ cōuenientius fuit q ipsi oibus linguis loquerent. q̄a hoc p̄tinebat ad p̄fectionē scientie ipsoz p quā intelligere nō solū loqui. sed intelligere possent ea q̄ ab alijs dicebant. Si aūt oēs vnā eoz linguā intellexissent. hoc vel fuisset p scientiā illoz qui eos intelligerent. vel fuisset quasi q̄dā illusio dū alioz verba aliter ad alioruz aures p ferrent q̄z ipsi ea p̄ferrēt. Et ideo glo. actum ij. ca. dicit. q maiori miraculo factū est q aplī omniuz linguarū generibus loq̄rentur. Et paulus dicit p° ad corinthios xiij. ca. Gratias ago deo q omniū vr̄m linguas loquor. Ad tertiū dicendū q xp̄s in p̄pria p̄sona vni soli genti p̄dicaturus erat. s. iudeis. Et ideo q̄uis ipse sine dubio p̄fectissime haberet scientiā omniū linguarū. nō tamē oportuit q oibus linguis loq̄ret. Et vt refert Aug⁹ sup iohem. Cū ⁊ mō spūs sanct⁹ accipiat nemo loq̄t linguis omniū gentiū q̄a iā ipsa ecclesia linguis omniū gentiuz loquit. in qua q̄ nō est nō accipit spūm sāctū

¶ Tertiū q̄ inuestigandū est de p̄dicatione thome. qua efficacia ℞buz dei seminauerit. Et licet fructuz attulerit sua p̄dicatio copiosū in oibus p̄uintijs ⁊ regnis superi⁹ nominatis. Tū q̄d i india fecerit audiam⁹. ℣eruenit nanq; ad ciuitatē quādā in qua rex filie sue nuptias celebrabat. Cū vero ex aspectu: ex gestu ⁊ vultu agnosceret vir grauis integer ⁊ deo deuotus a rege licet infideli req̄rit vt sponsū ⁊ sponsā bñdicat. quod aplūs adimpleuit dicens. Da dñe adolescentulis his bñdictionē tue dextere. et in eoruz mentibus semina semen vite. Abeūte apostolo. in manu iuuenis ē repertus ram⁹ datilis plenus de quibus sponsus ⁊ spōsa dulciter comederūt. statimq; dormierūt ⁊ somniū similiter habuerūt. videbat etenim eis q rex gēmatus eos amplecteret et diceret. Aplūs meus bñdixit vos ut eterne vite p̄ticipes sitis. Euigilātibus ⁊ mutuo sibi somnū reuelantibus. aplūs ad eos ingredit dicens eis. ℣ex me⁹ mō vobis apparuit ⁊ me clausis ianuis huc adduxit vt sup vos bñdictio mea fructificet. habeatis carnis integritatē q̄ est omniū regina virtutū ⁊ fruct⁹ salutis ꝑpetue. virginitas soloz est angeloruz possessio bonoz̄: victoria libidinū: fidei triumphus: expugnatio demonū: eternoruz gaudioz̄ acq̄sitio. hec ⁊ similia illo referēte duo angeli apparuerunt dicentes eis. ℣os sumus angeli vobis ad custodiaz deputati. Si aplī monita seruaueritis offeremus deo omnia vota vr̄a. Eos igit aplūs baptiçauit

UVA. BHSC. IyR_226

7 de fide diligenter eos docuit. ¶Postmodū vero sponsa noie pelagia sacro velamine cōsecrata martyriuz passa est. Et spōsus noie dyonisius illi ciuitati in epum ordinat⁹. de inde cū thomas indiaz circuiret. multos sanauit debiles 7 infirmos. multosq; conuertit ad dñm. Et vna die ad p̄dicationez eius bapticati sūt nouē milia virox exceptis mulieribus 7 paruulis.

¶Qualit̄ btūs aplūs thomas glorioso martyrio vitam consumauit. Cap̄. tertiū.

¶Tertiū pconiuz beati thome dī passio. ¶Nō recusauit pati p̄ xp̄o q̄cq; dura 7 exquisita supplicia. ¶Naz iratus ō eū rex in die ex eo q̄ vxorez eius 7 vxorē carisij cognati sui cōuertit ad fidē. iussit afferri ardentes laminas ferreas 7 aplm stare nudis pedib⁹ sup eas. sed nutu dei p̄tin⁹ ibi fons erupit. 7 eas extinxit. Tūc rex eū in fornacē ardētē misit q̄ sic refrigerata est vt die altera sanus inde exierit 7 illesus. Deductus tandē est vt sacrificaret ydolo. ¶Flectēs aūt genua dixit. Ego adoro. sed nō ydolū. Ecce adoro ꝭ nō metallū. Adoro aūt dñm meū ih̄m xp̄um. in cuius noie p̄cipio tibi demon q̄m in eo latitas vt simulacrū ipsū cōminuas. statim q̄si cera liquefactū est. Tūc oēs sacerdotes mugitū dederūt. ¶Pontifex aūt tēpli eleuās gladiū aplm transuerberauit. Alij vero lāceis illū transfixerūt. Xp̄iani aūt corpus eius tulerūt 7 honorifice sepelierūt. Anno tō vñi cc°. xxx. corpus illud i Edessā ciuitatē trāslatum est Alexandro impatore ad Siriozū p̄ces hoc faciente. In illa aūt ciuitate nullus hereticus: nullus iudeus: nullus pagan⁹ potest viuere. nec tyrannus aliquis ibi nocere ¶Postq; Agabarus rex illi⁹ ciuitatis epl̄az manu saluatoris scriptā accipe meruit. naz siq̄ gens aliqua ō ciuitatē illā insurrexerit infans bapticat⁹ sup portaz ciuitatis stans epl̄az illā legit 7 ea die tā saluatoris scriptura q̄s aplī thome meritis. hostes aut fugūt aut placantur. Merūtū q̄uis longo tp̄e durauerit. nihilominus postea ciuitas illa capta fuit a Sarracenis et pphanata. sublato beneficio ꝑpter abundantiā pcorū. Igit̄ sicut fuit vnus ex duodecim thomas in hac peregrinatione. ita 7 nūc est vnus ex illis sedens sup sedē in gloria regni celoz. quē deꝑcemur ut sua interuentōne nos xp̄o cōmēdet. Qui est benedictus 7 laudabilis p infinita secula seculoz. Amen.

¶Sermo trigesimusnonus de sancto iacobo dicto iusto 7 minoze filio alphei 7 fratre domini nr̄i ih̄u xp̄i.

In memoria eterna erit iust⁹ Verba sūt dauid i psalmo cētesimo xj°. Omnis gloria hominū iniquoz cito extinguitur 7 euanescit velut fumus. De quibus in ps dī. peryt memoria eoz cū sonitu. Justi aūt in ꝛ scribit sapientie v. ca. impetuū vi uent. 7 apud dñm est merces illoz. ¶Nam peracto breui cursu huius labilis vite p̄mium suscipiūt eterne beatitudinis i qua omni malo semoto bonū oē reper̄it. ¶Propterea dauid in ps. xxxvj. dicit. Justi hereditabūt terrā. s. viuentiū. 7 inhabitabūt in seculum seculi sup eā. ¶Hinc btūs iacobus alphei filius iusticie se totū accomodauit. Qui ꝑpterea nō solū exaltatus ē in regno celoz. verū etiā in ecclesia militante a cūctis fidelib⁹ deuotissime honorat̄. Cū vero hodierna die immineat eius festiuitas colēdissima equū est ut eius laudibus insistamus. de quo appropriate dicunt̄ verba ꝓposita. in quib⁹ de iusticia illius tria misteria occurrunt cōtemplanda.

¶Primū dī originationis
Scōm determinationis
Tertiū cōsumationis

¶Qualiter btūs iacobus fuit in iusticia 7 sāctitate singularis. tū ꝑpter inclinationem tū ꝑpter exemplū xp̄i. tū ꝑpter sanctificationem in vtero. Capitulum primū.

¶Primū misteriū contēplandū de iusticia beati iacobi dī originatōnis. In q̄ videndū est vñ originē habuit iusticia sācti iacobi Et sumit̄ iusticia large ꝑ virtute vt sanctitate. Et ad hoc dicim⁹ q̄ tria fuerūt quasi principia radicalia iusticie vel sāctitatis eius.

¶Primū fuit nālis inclinatio
Scōm exemplaris speculatio
Tertiū specialis sanctificatio
¶Primū radicale p̄ncipiū iusticie 7 sāctitat⁊

UVA. BHSC. LyR_226

bti iacobi dr nālis īclinatio īclinabat q̄ppe
ip̄z ad ꝟtutes ip̄a nā. ſ; vt id meli⁹ ↄ̄clarer
ↄ̄nerūt plerīq; vtꝝ ꝟtutes inſint hōi ab
ip̄a nā. Et loq̇mur de ꝟtutib⁹ moralib⁹ ⁊
acquiſitis nō aūt de infuſis ⁊ theologicis.
Et ꝙ ſint a natura ꝓbari pōt ex dictis ſan
ctoꝝ ⁊ philoſophoꝝ. Inquit. n. bernard⁹
nullū viciū; naturale eſt. oīs aūt virtus na
turalis eſt. Et damaſcen⁹ ī tertio. nāles ſūt
in nobis virtutes ⁊ equaliter inſunt oīb⁹.
Et aug⁹ i. iij. de libero arbi. omne viciū eo
ip̄o ꝙ viciū; eſt ↄ̄ naturam eſt. Et tho. p̄a
ij. q. lxiij. arguit ſic. Illud dr nobis eſſe na
turale quod ineſt nobis a natiuitate. S;
virtutes quibuſda; inſunt a natiuitate dr
enim iob. 31. c. Ab infancia creuit mecum
miſeratio ⁊ de vtero egreſſa eſt mecū. Igi
tur virtus ineſt homini ab ip̄ſa nā. Et gi
raldus oddonis ſuper ſecundo ethicorum
arguit hoc modo. Natura non deficit in
neceſſarijs vt docet philoſophus. Sed vir
tutes ſunt homini neceſſarie q2 ſine ip̄ſis
non poteſt aſſequi ſuū finem. Sole inq̄t
macrobius ↄ̄ ſōpno ſcipionis faciunt vir
tutes beatu;. Et ſene. ad lucillu; ſola virt⁹
ad beatā vitā efficax ē. Et ariſto. i. vij. po
litice felicitatē ſine virtute īpoſſibile ē exi
ſtere. ergo nā ꝓuidit. hōi ↄ̄ ꝟtutib⁹. cōtra
riū ad hec vr ꝓbari poſſe. Nā Seneca ad
lucillū ait: n̄ dat nā virtutē arſ ē bonū fieri
Et ari. ſecundo ethi. boni vl mali natura
non ſumus. Ad h̄ illud q̇ eſt bonū a nā
cōe ē oīb⁹ hoīb⁹ ⁊ n̄ tollit̄ ꝑ pctm̄ q2 ēt in
ↄ̄monib⁹ bō anē manēt ītegra. S; uirt⁹
n̄ ieſt oīb⁹ hoīb⁹ ⁊ abicit̄ ꝑ pctm̄ ergo nō
ē a nā. īſup ex his q̄ ī ſt a nā nec laudamur
n; vituꝑamur ẜ; ari. i. ij. eth. ſ; ꝑꝑ ꝟtutes
laudamur ꝑ q̇b⁹ ꝟtuoſis r̄ddit̄ honō ergo
ꝟtutes n̄ ſt a nā. vt oīs ceſſ; ꝑplexitas audi
enda ē r̄nſio thōe vbi ſup̄ ⁊ricar. de media
villa ī ſuo. 3. diſ. 33. Q2 circa ſcias ⁊ ꝟtutes
triplex fuit opīo. p̄ria fuit platonitoꝝ q̇ ẜ;
dama. i. 3. ſuo. c. xiiij. dicebāt ſcietias ⁊ ꝟtu
tes eē totalr ab ītriſeco. ita ꝙ p̄ exiſterēt ī
aīa nāliter. Sed per diſciplinā ⁊ exercitiū
īpedimēta ſciētie ⁊ ꝟtutis tollūt̄ q̄ adue
nuit aīe ex corꝑis grauitate. ſic cui⁹ ferru;
clarificat̄ ꝑ limatōe;. S; ↄ̄ hanc opinionē
ē oīs philoſophia tenens cu; ariſto. Q2 aīa
noſtra a principio. eſt ſicut tabula raſa in
qua nihil eſt depictū. Secūda opinio fuit
auicē. qui dixit ꝙ ſcientie ⁊ virtutes eſſent
totaliter ab extrinſeco ſcil; ex influentia ī
telligentie agentis. Sed hec opinio ſtare
non poteſt quoniam ſic nullus virtuoſus
eſſet laude dignus. Tertia eſt opinio ariſto
telis in ſecundo ethicorum quam ſequun
tur theologi. Q2 virtutes in ſūt homini ab
ip̄ſa natura ẜm aptitudinem non ẜm per
fectione;. Unde giraldus oddonis vbi ſu
p̄ra ait Q2 virtus ē a natura ſicut ab ichoa
tiuo quia illud ꝙ ſe habet ad virtutem in
ratione cauſaru; primordialiu; eſt inchoa
tiuu; virtutis. Sed natura anime ſic ſe ha
bet ad virtutem in ratione materie perfe
ctibilis per virtutem. Item in ratione pri
cipalis forme inclinantis ad virtutem tan
quam ad ſequelam ſibi debitam quia na
tura anime naturaliter inclinatur ad feli
citatem ſuam per virtutem acquiſibilem.
Tertio ſe habet natura anime ad virtute;
in ratione cauſe efficientis quia efficit illaſ
operationes ex quib⁹ generat̄ virtus quia
mediante ip̄ſa generant virtutem. Quar
to ſe h; ī rōne cāe finalis q2 nā aīe finis eſt
ꝟtutis acq̇ſite. Ex q̄ p; ꝙ nā aīe ſe h; ad ꝟ
tutē moralē aliq̄ mō ī rōne q̄truplicis cāe
⁊ ꝑ ↄ̄ñs ꝙ ē ei⁹ ī choatiū. Scd̄o dic̄ girald⁹
ꝙ ꝟt⁹ ē a doctrīa tāq; ab excitatiuo ⁊ ꝓuo
catiuo. q2 oē oſtēſiuū bōi q̇ ꝓuēit ex ꝟtu
te ⁊ mali ꝓuēiētiſ ex vicio ⁊ iuriſ ⁊ ↄ̄biti et
nālis legi q̇b⁹ te nccm̄ ē vicium euitare et
ſeq̇ ꝟtutē ē excitatiū ⁊ ꝓuocatiuū hōis ad
ꝟtutē hoc uō ẜ; ari. i. eti. fac̄ moral doctrīa
Tertio ſic̄ ꝟt⁹ ē a nā tāq; ab ī choatiuo ai
doctrīa tāq; ab excitatiuo ita ē a ↄ̄ſuetud ſ
ne tāq; a ꝑfectiuo. ⁊ ſic ſoluūt̄ obiecta. Ad
illō uō q̇ īducebat̄ ↄ̄ nā q̄ n̄ ↄ̄ficit ī nccij
dicēdū ꝙ n̄ ſeq̇t̄ ex hoc ꝙ ↄ̄beat dar̄ ꝟtutē
ncciā; ſ; ſuffic̄ ꝙ dedit oīa nccia ad ꝟtutē
acq̇rēdā. ſic̄ n̄ dat panē nccm̄ hūane vite
ſ; dat oīa nccia ad panē acq̇rēdū. ſ; ꝑꝑ d̄ca
poſſ; aliq̇ſ dubitare ſi ꝟt⁹ ē a nā ẜ; aptitu
dinē ⁊ diſpoſitōe; ſiū ichoatōe; vñ ē ꝙ īplu
rib⁹ hoīes currūt ad malu;. vñ. xij. q. p̄o. c.
oīs etas dr oīs etas ꝓna ē ad malū ab ado
leſcētia. Inſup nec oēs ꝟtuoſi īclināt̄ eq̄lit̄
ad ſinglas ꝟtutes ꝑ q̇b⁹ dicit ariſt. i. ethi.
mltis q̇dē delectabilia aduerſant̄ ad inui
cem q2 non nālia ſunt. Et terentius quot

UVA. BHSC. IyR 226

hominum tot fñie suus cuiqz mos. Et ora-
cius in epistolis deniqz nō oēs eadez imitā
tur amantqz. Et ouidius li. de arte amādi
Pectoribus mores sunt quot in vrbe figu
re. Et persius Mille hoium species ⁊ rerum
discolor vsus velle suum cuiqz est nec voto
viuit vno. Et Cicero in li. de fato. In na-
turis hoium dissimilitudines sunt. Igitur
ex tanta diuersitate ⁊ inequalitate videt
q virtutes non sint a natura qñ si sic esset
oēs ad illas equaliter inclinarent. Ad hoc
ita pulcre. Rñdet tho. vbi supra Q aliqd
vī homini naturale dupliciter. Primo ex
nā speciei. Secundo ex natura idiuidui. Il
lud enim quod ꝙuenit ei fm aiam rōnalez
est ei naturale fm naturā speciei eo q vnū
q̄que hz speciem fm suā formā. Forma ve
rō homīs est aia rōnalis. Illud aūt quod
conuenit hoi fm determinatā corporis cō
plexionem est ei nāle fm nām indiuidui.
Indiuiduat namqz vnūquodqz fm māz
licz ergo quantū ad naturā indiuidui ex di
spositione corporis aliqui sint dispositi vel
melius vel pius ad quasdā virtutes. Un-
de vnus hz maiorē aptitudinē ad scientiaz
alius ad fortitudinē. Alius ad tēperantiā
⁊ hui tū quantū ad nāz speciei oēs ad vir-
tutes equaliter inclinant inquantū in vo
luntate est. quedā appetitus nālis boni qō
est fm rōnez. Sic ergo beatissimus iacob
rōne preditus a natura ipa cōmouebatur
vt vitam eligeret virtuosam. Secundū ra
dicale principiū insticie ⁊ santitatis bti iaco
bi fuit exemplaris speculatio hūt quidem
añ oculos exēplū saluatoris nrī ihu cristi q̄
de se ipo dixit iohannis. viij. c. Ego sum lux
mundi qui sequit me non ābulat in tene-
bris. fuit n. iacobus iste vnus ex duodeci
aplis ipius ihu cristi vt pz mathei. x. c. dict
vero fuit iacobus minor ad differentiā ia-
cobi zebedei qui lz natus posterior sit ia co
bo alphei tū vocatione fuit prior vr. n. illa
prioritas tpis quandā secū trahere digni
tatē. Ob id pontifices maximi cū de predi
catorū ⁊ minorū ordinibus in simul mentio
nem aliquā faciunt semp predicatorū ordi
nē preponunt qz vt dicit glo. in. c. Quia ex
eo de pactis li. vi. ordo predicatorū prius fu
it ab ecclesia approbatus q̄z ordo minorum.
Et sic in textu sepius inuenimus prepositū
predicatorū ordinē siue predicatores vt pz i
c. quorūdam de electione. li. vi. Ubi prepo
nūtur in lra predicatores minoribus ⁊ mi
nores heremitanis. Idē hr in. c. cū ex eo de
excessibus prela. ⁊ de priuilegijs in. c. in his
Et in clementina dudū de sepulturis ad ia
cobum iam redeundo dicimus cū minorē
vocatū non qz minoris santitatis extiterit
q̄z alter iacobus qui in santitate vt videbi
tur aplis ceteris est preponendus. Nam vt
pleriqz dicunt frater dñi noiatur pp pero
gatiuam ⁊ excellentiā sanctitatis ob quaz
preceteris aplis ierosolimis est eps ordina
tus vt scribit. Ixvj. di. in. c. primo. Verum
tū sunt ⁊ alie cāe preter istam quib⁹ ipe do
mini frater est nūcupat⁹ siue qz ex ioseph vir
ginis erat natus siue qz cristo similimus ee
phibebat. Ob quod iudei capere volētes
xpm signū petierunt a iuda vt oscularetur
cū ne decepti iacobū cepissent hoc et testat
ignacius in epla ad iohem euangelistaz sic
dicens. Si licitū est mihi apud te ad ierosо
lime partes uolo ascendere ut uidea illū ue
nerabilē iacobū qui cognominat⁹ iustus
quem referūt cristo ihu similimū facie uita
⁊ mō cōuersationis ac si ciuisdē uteri frater
esset gemin⁹. Quem dicunt si uidero uide
ro ⁊ ipm cristū fm oia corporis liniamēta.
Tertiū radicale principiū insticie bti iaco
bi dr specialis santificatio ut. n. colligit ex
dictis ieronimi in li. de uir illustrib⁹ ⁊ ege
sippi qui fuit apostolorū contemporane⁹ in
it beat⁹ iacobus in utero matris santifica-
tus. Et qua santificatione consequt⁹ ē mū
dationem ab originali culpa debilitationē
fomitis ⁊ preseruationē a peccato mortali
Et licet dicat q̄ in morte cristi oēs apostо
li peccauerūt. Forte ab ista generalitate ia
cobus excipit. Nam uidet q̄ fidem resur
rectionis xpi nunqz āmiserit. Inquit. n. iero
nimus in li. de uiris illustrib⁹ Q uotū uo
uit se non comesturū donec uideret domi-
nū a mortuis surrexisse. Ipa aūt die resu
rrectōis apparuit ei dñs ac eis qui erant cuz
eo ⁊ dixit ponite mensam ⁊ panē deidepa
nem accipiens benedixit ⁊ dedit iacobo di
cēs surge frater mi comode qz filius homi
nis a mortuis resurrexit. Et hoc est quod
asserit paulus prime ad corinthios. xv. c. de
inde uisus est iacobo. Concurrerūt ita illo

UVA. BHSC. IyR_226

oia tria ꝓdicta ꝓpter q̄ iuste sancte mūdisti meq; viuere inuentus est. Cuius scitate ad mirabilē explicabim⁹ in sequēti misterio.

Qualiter beatus Jacobus fuit virgo purissimus qui carnē suam mortificauit ⁊ oratiom assidu⁹ fuit. Cap. secundū.

Secundū misteriū cōtemplandū de iustitia bti Jacobi dicit determinatōis. vbi determinandū est in quo ꝑcipue ipe iustus ⁊ sanctus fuit estimat⁹. Et dicimus q̄ singulariter in tribus.

Primo in virginitatis obseruatione.
Secundo in carnis mortificatione.
Tertio in oratiōis exercitatione.

¶ Secundũ misteriũ a nobis cõtẽplandũ de btõ luca dr̃ virtuositatis. fuit quidem virtuosus. ideo paulo ⁊ ceteris carissimus qz cicerone teste. Nihil est amabilius virtute. Quantũ vero ⁊ virtuosus ⁊ sanct⁹ extiterit beatus lucas ostendit. Jeronim⁹ in prologo in lucã dicens. Qz lucas discipulus apl̃oꝝ fuit qui paulũ secutus ẽ vsqz ad cõsumationẽ eius ꝑ martiriũ. s. in vrbe roma seruiens dño sine crimine. nã neqz vxorem vnq̃z hñs neqz filios septuaginta quatuor annoꝝ obiit in bithinia plenus spiritu sancto. et quibus uerbis colligim⁹ tres conditiones virtutum beati luce.

¶ Prima dicitur puritatis.
Secunda veritatis.
Tertia firmitatis.

¶ Prima ꝓdicio dr̃ puritatis qz virtutes ei⁹ fuerunt sine aliqua admixtiõe alicui⁹ pcti Nã iquit Jero. q⁹ seruauit dño sine ẽmine hoc ẽ sine peccato mortali saltez post ꝓuersionẽ suã fm Nicolaũ de lira. Sed plenius dubitãt vtrũ beatus lucas fuit vn⁹ de septuagĩta duob⁹ discipulis cristi. vt enim ait damasus papa lxviij. di. c. Loz epi. Nõ ãplius q̃z duos ordines inter discipulos dñi ẽ cognoscim⁹ idest xij. apl̃oꝝ ⁊ septuagĩta duoꝝ discipuloꝝ. Et anaclet⁹ papa xij. di. c. In nouo testamẽto dicit videtes aũt ipsi

ipsi messez esse multaz ⁊ oparios paucos rogauerũt dñm messis ut mitteret oparios in messez suaz. vnde ab eis electi sũt septuagĩta duo discipuli Et de hys dr̃ luce. x. c. de signauit dñs ⁊ alios septuagĩta duos sicut de⁹ accepit de spũ moysi ⁊ dedit septuagĩta duob⁹ viris q̃ gerent populuz cũ moyse vt dicit numeri. xj. c. ifte etiã numerus figuratus fuit in septuaginta duab⁹ palmis quas inuenerũt filij israel in deserto. et odi xl. c. insup ille numerus ꝓueniebat septuaginta duabus linguis in quas mũdus diuisus ẽ quibus ꝑdicandũ erat euãgelium xpi. Mõ de luca varia est opinio. Nã quidam asserunt eũ fuisse discipulũ apostoloꝝ ⁊ nõ dũtaxat q⁹ dño predicanti non adhesit sed post resurrectionem eius ad fidẽ venit. Alij autem referunt ipsum fuisse vnum de septuagĩta duobus discipulis qm̃ duz narrat appitionez xpi facã duob⁹ discipulis eũtib⁹ i emaus nomen vn⁹. s. cleofe explicat alter⁹ vero tacet qõ ex humilitate fecit qz ipse fuerat secũd⁹ Et istud conmiter tenet a doctoꝝ. Et q̃cunq dicat Jero. ipsuz discipulũ apl̃oꝝ fuisse hoc est. qz paulo i oĩbus tribulatõib⁹ sp adhesit. ⁊ ab eo nũq̃z discedẽs cidẽ in ꝑdicatõib⁹ subsidiũ fuit de quo scribe ad timotheũ. iiij. c. Paul⁹ dixit lucas est mecũ solus. s. tãq̃z adiutor ⁊ defẽsor. Et ꝛe ad corinthios. viij. c. Ordinatus est. s. lucas ab ecclesijs comes peregrinatõis nostre in hãc gram̃ que ministrat a vobis.

¶ Secunda ꝓditio virtutũ beati Luce dr̃ veritatis fuerũt quippe in eo virtutes vere qa caritate informate qõ ꝓbat qm̃ fuit plenus spũ sancto. Sed hic insisten dũ est ⁊ diputandũ. Vbiq̃z absq̃z caritate possit ee aliqua vera virtus. Et q⁹ sic videt Naz ꝑs in li. sniaz ait. ois virtus preter caritatẽ potest esse cois bonis ⁊ malis. Et Jero. xxviij. q. i. ℣. Ex hys inquit virtutib⁹ romani pmeruerũt impium. Naz virtutis est bonũ actũ producere. ⁊ hoc fieri põt sine caritate Quis eni antiquoꝝ romanoꝝ gesta virtuosa. nõ reputabit õ q̃bus tãta laude digna narrant. ⁊ tñ cum infideles essent ⁊ ydolacolerent absq̃z caritate talia facere potuerũt ex quibus aliqua exẽpla deeligemus ex multis valeriũ publicolã. augu. li. v. de ci. dei. ꝙ paupertate cõmendat. Ijs vt valemus reci

UVA. BHSC. IyR_226

tat li iiij. finito regio impio in vrbe initiū
ꝓsulat⁹ accepit ⁊ tres ꝓsulat⁹ acceptissime
rexit ⁊ tāte fuit pauptatis q̄ patrimoniū
ei⁹ ad impensas exequiaꝝ defecit. De cato
ne vticēsi fertur q̄ floruit tāta rigiditate
vt vitia hoīn rigide expugnarī ⁊ cōdemp
naret ꝑ ut refert boeti⁹ li. pri. de ꝓsolatiōe
Et salustius i catilinario Quid dicemus
de iustitia bruti. de ꝓstantia mucij. de cōti
nentia scipiōis. de fidelitate marci reguli. ⁊
ō magnanimitate paŭli emilij. ac reliquis
virtutib⁹ quib⁹ floruerūt antiqui romani
vtiq; sine caritate tales virtutes ꝓplectabā
tur. Sed ꝝrium ꝑbari potest. q̄m aug⁹. in
glosa ad romanos ait. illō q̄ notat. xxviij
q. i. ſ. Ex hys vbi deest agnitō eterne ⁊ in
ꝓmutabilis veritatis. falsa virtus est etiā
in optimis morib⁹. ⁊ loquit de ꝛgnitione
non solū intellectiua. sed affectiua q̄ iuncta
est caritati. Rūdet ergo sanctus tho. 2a 2e
q. xxiij. ⁊ prima 2e. q. lxviij. Q; ⁊tutes moza
les ꝑut sunt opatiue boni in ordine quātū
ad finē qui non excedit facultatē naturalē
hois possunt per opa humana acquiri. Et
sic acquisite sine caritate esse pñt. ⁊ sic fuerī
in multis gentibus. Scōm aūt q̄ virtutes
sūt opatiue boni i ordine ad vltimū finem
sup nālem. sic pfecte ⁊ vere hñt rationē vir
tutis Et nō possūt humais actib⁹ acquiri
sed a deo ifūduntur Et hui⁹modi ⁊tutes
mozales sine caritate esse non pñt. Quare
sole ⁊tutes i fuse sūt pfecte ⁊ simpliciter di
cende ⁊tutes q̄ bene ordināt hoiez ad finē
vltimū simpliciter. Allie vero ⁊tutes acq̄
site sūt ſm quid ⁊tutes nō aūt simpliciter
q̄ ordināt hoiez ad aliquez bonū finē pti
cularez nō ordinatū ad bonuz vniuersale.
Tertia ꝓdicio ⁊tutuz bti luce dr firmitatis
Maz firmiter i illis pseuerauit q̄ nō mlti
facūt Inquit enī Iero. ad lucianū hermi
tam. Cepisse multoꝝ est ad calcē vero que
nisse paucoꝝ. Beatus uero lucas in via et
lege dñi ꝓfitiēs unit de virtute in virtutem
Et vt superius dictū est. lxxiij. annū etatis
agens quieuit in pace. Sed hic dubitāt nō
nulli de numero annoꝝ beati luce. q̄m Ie
ro. in ꝓlogo in actib⁹ apl'oꝝ aliter dicit. vi
delicet. Q;. lxxiij. annos etatis agens in bi
thinia ꝛe seculo nosciť emigrasse. Mirum
ergo q̄ Ieron. ubi dixerit q̄ lxxiij. anno
rū hic q̄. lxxiij spūm deo dederit. Ad q̄
rndent quidaz. q̄ Iero. in ꝓlogo in actus
apostoloꝝ ꝓputat omnes annos sue etat⁹
In ꝓlogo ꝛo in lucaz ꝓputat annos sue
ꝓuersionis ad fidē catholicā. Sed hoc non
videť verisiť. q̄m ante ꝓuersionē fuit arte
medicus. ⁊ puer. x. annoꝝ non pōt illaz ar
tem scire neq; exercere q̄ tñ oporteret dice
re ſm istos. ⁊ ꝓpterea vt inquit Nicolaus
de lira. Alij asseruerūt ⁊ meli⁹ q̄ varietas
illa annoꝝ non fuit ex oblutione uel igna
uia Ieronimi. sed poti⁹ vicio ⁊ defectu scri
ptoꝝ. Ygit aut. lxxiij. aut. lxxviij. annoꝝ
erat dum quieuit in pace. Sepultus autez
fuit in bithinia. De bithinia refert sic isido
rus li. xiij. etho. Bithinia ex ponti exordio
ad partē solis orientis aduersa tracie iacet.
multis antea noibus appellata. Maz ꝑus
bebricia dicta. deinde migdoma. mox a bi
tino rege bithunia nuncupata. Ipsa est et
maioꝛ frigia nicomedia vrbs in ea est vbi
anibal fugiens venem hausto aiam expira
uit. hec ysidorus. Tempoze vero cōstantini
ossa beati luce in ꝓstantinopoliz sunt tran
slata. deinde vt fertur in ytaliā deducta. et
padue in eccl'a sancte iustine collocata bra
chium uero eius ostenditť in sancta maria
maioze in vrbe.

Quantum ꝓfuit ecclesie dei beatus lu
cas scribendo euangeliū ad quod induxe
runt eum voluntas diuina vtilitas ecclesie
⁊ falsitas hereticoꝝ. Capitulū tertiū.

Tertiū misteriū a nobis contēplandus
de beato luca dr vtilitatis vberrimus
quippe fructū attulit ecclesie dei nō solum
predicatiōe sua qua multos populos atra
xit ad crist̄ū sed etiā euangelij descriptione.
De quo ita scripsit paulus 2e ad corinthi
os. viij. c. Cuius laus est in euangelio per
omnes ecclesias. quod licet aliqui exponāt
de beato barnaba vt dicit nicholaus de li
ra qui fuit comes peregrinationis apl'i cu
ius laus est in euangelio ab eo'predicato tñ
cōiter verbū illud de sancto luca alij asserť
intelligendū. cuius laus est in euāgelio ab
eo descripto. ad illud vero scribendū tria i
durere cum.

Primum dei voluntas.
Secundum ecclesie vtilitas.

UVA. BHSC. IyR_226

Tertium hereticoꝝ falsitas.

Primu fuit voluntas dei ⁊ instigatio spūs sancti. vnde ieronim⁹ in prologo ait. Cu3 iam scripta essent euangelia per matheum quippe in iudea per marcū in ytalia. sancto instigante spū lucas in achaye partibus scripsit euangeliū. vñ enim inquit augu. voluit dñs duos testes habere de visis. s. matheū ⁊ iohem. Et duos de auditis. s. marcū ⁊ lucam. Et qm̄ testimoniū quod ē de visis firmius est ⁊ certius q̄3 illud qd̄ est de auditis ideo duo euangelia que sunt de visis ponūtur extrema ⁊ alia duo que sunt de auditis ponunt᷑ media vt hec media tanq̄3 infirmiora ab illis extremis que sunt certiora hinc inde fulciant᷑ ⁊ roborent᷑. Nec3 ꝓpterea inualidum est marci ⁊ luce testimoniū q2 audita non visa referunt cū illi a quibus audierūt fuerint qui cū cristo ꝯuersati fuerāt ⁊ veritatis defensores falsam nequaq̄3 dicere potuissent. Et hoc est qd̄ lucas ait in prologo sui euangelij. sicut tradiderunt vobis qui ab initio ipsi viderunt ⁊ ministri fuerūt sermonis. Credit᷑ insuper absq̄3 dubio. q2 beatus lucas de multis a virgine virginu3 instructus fuit. nam ipa conseruabat oīa cōferens in corde suo vt illa postmodū scriptoribus resferaret. vñ glo. ibidē ait. Oīa q̄ de dño vel a dño facta vel dicta cognouit in memoriā recondebat vt cū tp̄s predicande vel scribende incarnationis aduenit᷑ sufficienter vniuersa prout essent gesta posset explicare querētib⁹. Et bernardus assignās rōnes quare angelus annūtiauit beate virgini conceptū helisabeth inquit. ideo cōceptus helisabeth nuntiat᷑ marie vt dū nunc saluatoris nunc precursoris edocet᷑ aduentus rerum tp̄s ⁊ ordinē tenēs ipsa postmodum melius scriptoribus p̄dicatorib⁹ euāgelij referet veritatē que plene de oībus a principio celitus fuit instructa misterijs. Credit᷑ igit᷑ q̄ euangeliste eā de multis interrogabant ⁊ ipsa eos certificabat. Et pcipue tenet᷑ de beato luca q̄ ad eam tāq̄3 ad archa3 testamēti recurrit ⁊ ab ea multa didicit que ipsi virgini soli cōstabant. Sicut misteria annuntiationis. natiuitatis. ⁊ huiusmodi de quibus lucas solus tractat.

Secūdū quod iduxit beatū lucā ad scribēdu3 euāgeliū fuit vtilitas ecclesie. Nā licet mathe⁹ ⁊ marcus vera scripsissēt tamē aliqua de cristo obmiserāt quoꝝ notitia ē valde vtilis ymo necessaria sicut agnoscer᷑ cristi ꝯceptionē natiuitate3 cū laudib⁹ ⁊ ingēti lumie ab angelo anūciatā ⁊ hui⁹ modi q̄ p lucā fuerūt supleta vt sic q̄tuor euangeliste i describēdo v̄itate3 euāgelij i multis cōcordarēt i nullo discordarēt ⁊ tamē singuli aliqua ꝓpria dicerent.

Tertiū quod iduxit beatū lucā ad scribēdū euāgeliū fuit hereticoꝝ falsitas vt enī3 Refert nicola⁹ de lira. Quidā pseudo euāgeliste sub noīe discipulorū cristi vt poete thome ⁊ mathie scripserūt euāgelia inserentes hr̄ses vt sub noīe discipuloꝝ cristi facilius seducerēt simplices quoꝝ falsitas ex descriptōe euāgelij luce dep̄hēditur sicut p alia euangelia a matheo marco ⁊ iohanne descripta. Et vt ieronimus asserit in prologo in actus apostoloꝝ. postq̄3 lucas in achaye partibus euāgeliū scribēs grecis fidelib⁹ incarnatōem dñi fideli narratōe ostendit eūdemq3 ex stirpe dauid descēdisse mōstrauit sibi non inmerito scribēdoꝝ apl'oꝝ actuu3 ptās ⁊ misteriu3 dat᷑. In ꝓlogo ad hoc in epl'a ad hebreos Iero. lucā ꝯmendat de illius epl'e traductōe. ayt enim hanc epl'a3 fertur apl'us ad hebreos ꝯscriptā hebraica linguā misisse. Cuius sensum ⁊ ordinē retinēs lucas euangelista post excessum beati pauli apostoli greco sermone ꝯposuit. Tande3 Ierl ad paulinū. lucā ita extollit. actus iq̄t apl'oꝝ nudā quidē viderent᷑ sonare historiā ⁊ nascentis ecclesie infantiā texere. Sed si nouerimus scriptorē eoꝝ lucā esse medicū cuius laus est in euāgelio aīa duertim⁹ pariter omnia verba illius anie languētis esse medicinam. Et in prologo actuū apl'oru3 ita ieronim⁹ sequit᷑. lucā ita diuina subsecuta est gratia vt non solū corporibus sed etiam aīabus eius p̄ficeret medicina. Salutat ergo lucas fideles ⁊ credentes in xp̄3. i. eternā illis oībus salutē exoptat quos istruit ⁊ monet doctrina exēplo ⁊ euangelio scripto vt dñm iesum verbis ⁊ factis ꝯfiteant᷑ qui a mortuis resurgens vidētibus post discipulis ascendit in celum vbi cum suis angelis sanctis ac beatissimo luca viuit et regnat in secula seculorum. Amen.

UVA. BHSC. IyR_226

Sermo quinquagesimus quartus de beato Laurentio martire qui probatus adeo triplici igne inuentus est sine iniquitate.

IGne me examinasti ⁊ non ē inuenta in me iniquitas. scribunt hec verba psalmo. xvj. Satis superq; pia est passio beati laurentij que ab ecclesia cum grandi veneratiõe celebrare. nam inter martires facit ipsuz singularez in ieiunio q; in vigilia eius statuit ieiunandum in officio adhuc ipm honorat dum per octauã de ipso laurentio sicut ⁊ õ stephano singulis canonicis horis eius memoriã facit festumq; illius solẽpniter obseruandum ac sanctificandũ cunctis fidelib⁹ sub precepto iubet. ⁊ Propterea in matutinis legit sermo venustissimus beati augustini qui ait. Cũ oẽs btõs martires quos nobis tradidit antiquitas honorificentia digna veneremur precipue tñ beatũ laurẽtium martirẽ debemus tota deuotione suscipere hec igit̃. Merito itaq; hodierna die huius martiris laudibus est incũbendum vt sic valeãt efficatius ad illius reuerentiã corda fidelũ inflãmari. Qua pp de ipo verba facturi de illius examinatione ⁊ pbatione facta per ignẽ dicemus. nã introducitur quasi ad deũ loquens laurentius glosus in verbis premissis in themate in quib⁹ triplicẽ ignẽ pbationis ⁊ examinatõis sue distinguemus ostendẽtes. q; non fuit in illo inuẽta iniq̃tas q̃ se totũ ardẽtissime obtulit salnatori nostro iesu xpo patiẽs queũq; dura ⁊ seuissima illata sibi supplicia.

Primus ignis dicitur diuine dilectionis. Secundus ignis proximalis miserationis. Tertius ignis tirãnice persecutionis.

Qualiter btũs laurentius examinat⁹ fuit igne diuini amoris ⁊ de perfectione diuine dilectõis ⁊ magnitudine illius p̃cepti atq; de inductiuis ad amorẽ dei. Cap. primuz.

Primus ignis in quo examinat⁹ est ⁊ pbat⁹ iuentus ẽ absq; defectu iniquitatis beatus laurenti⁹ dicit̃ diuine dilectiõis amor enim dei ignis est de quo dicebat cristus luce. xij. c. ignẽ veni mittere in terram. Et quid volo nisi vt ardeat. Et de isto mistice dixit deus leuitici. vj. c. Ignis in altari meo semp ardebit hic ignis amore dei intelligit̃ qui iugiter ardere ꝺz in altari. i. que in aia alta est eo q; ad ymaginem ⁊ dei similitudinẽ creata. Altare quippe quasi altares interpretat̃ duz ergo ignis diuini amoris in aia est succensus facit tẽporalia cuncta contẽnere ⁊ deũ sũmũ bonũ diligere sup oia vitãq; presentẽ omni periculo mortis libẽter exponere sic factũ legimus in btõ laurẽtio vt videbit̃ in sequentib⁹ qui nec tormenta timuit nec mortẽ acerbissimaz horruit de quo sic inquit ambrosius in sermone hui⁹ diei fortissimũ martirẽ seuissima psecutoꝝ flãma superare nõ potuit q; longe ardẽti⁹ veritatis radys mens eius accẽsa feruebat Sed hoc loco cũ loquamur de dilectõe dei tria erunt dubia soluenda.

Primũ vtrũ possit aliqua creatura deum perfecte ⁊ totaliter diligere

Secundũ quare preceptũ de dilectione dei dicitur primũ ⁊ maximũ.

Tertiũ que sunt illa que incitãt nos vt diligamus super oia deum.

Ad primũ dubiũ rñdet tho. 2a 2e. q. xxiij. q; pfectio dilectionis põt dupliciter intelligi vnomõ ex parte diligibilis alio mõ ex parte diligentis. Ex parte diligibilis pfecta est dilectio cũ aliquid diligit̃ quantũ diligibile est deus aũt tñ diligibilis est quantũ est bonus bonitas aũt eius est infinita vñ infinite diligibilis est nulla aũt creatura põt cũ dilig̃re infinite cũ quelibet virtus creata sit finita vñ per hunc modum nulla creatura põt deũ perfecte ⁊ totaliter diligere.

Secundo perfectio dilectionis põt cõsiderari ex parte diligentis ⁊ sic dicit̃ esse perfecta qñ aliquis sm totũ suũ posse diligit. qõ quidem contingit in dilectione dei tripliciter. Uno modo sic q; totũ cor hõis actualiter semp ferat̃ in deũ. ⁊ hec est pfectio dilectionis prime que non est possibilis in hac vita in qua ipossibile est pp humane ꝺditionis ifirmitatẽ semp actu cogitare de deo ⁊ moueri dilectione ad ipsum. secũdo contingit vt hõ sm suũ posse diligat deũ ita vt oẽ suũ studiũ deputet ad vacandũ deo ⁊ rebus diuinis. pretermissis alijs nisi quantũ necessitas vite presentis requirit ⁊ ista est pfectio dilectionis. que ẽ possibilis in via nõ tñ est cõis oibus nec oẽs obligant̃ ad illã.

UVA. BHSC. IyR_226

Tertio cõtingit vt hõ fm suũ posse diligat deũ sic q habitualiter aliqs cor suũ ponat in deo ita.s.q nihil cogitet vel velit q sit dilune dilectiom õrũ ⁊ hec est perfectio cõis oibus possibilis ad quam oẽs tenent. Et hijs cõcludimus cuj dño bonauentura in tertio di. xxvij. Q perfectio caritatis ⁊ dilectionis diuine que in hac pñti vita ex parte hoium diligentiũ deũ exigit tñ vt excludat oẽm affectũ õrũ nõ aũt omnẽ affectũ extraneũ

Secũdũ dubiũ fuit qre preceptũ de dilectõne dei dicit primũ ⁊ maxumũ sic dixit xps mathei.xxij.c. Ad quod rñdemus.q hoc ẽ multiplici ratione. Prima qz dilectio dei est vita aie. vnde deuteronomi. iij.c. dr eligе tibi vitã vt tu viuas et semẽ tuũ.diligas dñm deũ tuũ.⁊ iobes prima canonica.c.v. Qui non diligit manet in morte.⁊ apocalipsis.v.c.ait ille qui sine dei dilectõne putat se viuere hõs virtutes alias. nomẽ hõs q viuas ⁊ mortuus es. Secunda rõ est qz oẽs virtutes absqz amore dei sunt iperfecte nec põt aliquis sine dei amore simplr virtutes suas teneri ideo aplus ad romanos.xj.dixit. plenitudo legis ẽ dilectio.⁊ gregorj i omelia inquit non hz aliquid viriditatis ram? boni operis si nõ manserit in radice caritatis. Tertia rõ est qz dilectio dei dum est in corde rõnalis creature facit eam proptam forte ⁊ expeditissimã ad quecũqz ardua et difficillima tolleranda.ideo gregorj i omelia ait. amor dei nũqz est ociosus operat enim magna si est. Si aũt operari negligit amor non est. Et ieronim? ad eustachium ita scribit amem? cristũ ⁊ eius semp quera mus amplexus.⁊ facile videbit omne difficile breuiaqz putabimus vniuersa que longa sunt ⁊ iaculo illius vulnerati per honorez mométa dicemus. heu mihiqz incolatus meus plongatus ẽ. Quarta rõ est qz dilectio dei magis vnit aiam cũ deo qz quelibet alia virtus vnde apo.primo ad corinthios. vj.c.dicit. qui adheret deo vn? spiritus est cũ deo ⁊ hugo.in li.de arra spõ.dicit scio aia mea q dũ aliũ diligis in eius similitudinem transformaris.⁊ augu.sup iohannẽ inquit.talis est vnusquisqz qualis ẽ dilectio sua si deũ diligis deus es si hominẽ homo si terrã terra. Quinta ratio qz dilectio dei magis letificat ⁊ dilectat aiam qz q cũqz virtus ⁊ vt inquit aplus ad romanos vij.c.diligentibus deũ oia cooperant in bonum qz in prosperitate ⁊ aduersitate semp sunt in letitia.ideo beatus iacobus de tudẽcto dicebat amore diuio amore.amore che non sep amato amore la tua amicitia epie na di delicia non cade may i trusticia lo corchi te ha assagiato. Tertiũ dubiũ fuit qlũt illa que nos incitant vt diligamus deũ supoia.⁊ licet sint multa tamẽ pos dicemus õ quinqz.

Primũ est scriptura.
Secundum est factura
Tertium creatura.
Quartum gratia.
Quintũ amicitia.

Prima est ipa scriptura vñ deuteronomi vj.ca.scribit Audi israhel dñs dẽ? tu? vn? est diliges dñm deũ tuum ex toto corde tuo Et tota aia tua ⁊ ex tota fortitudine tua. Et eiusdem vj.ca. Alma dñm deũ tuũ. Et Mathei xxcapi. Et luce secũdo ca. diliges dñm deũ tuũ ⁊ primũ tuũ sicut te ipsum. In hijs duob? pceptis tota lex pẽdet ⁊ phete Secũdũ qõ nos inducit vt diligam? deũ est factura qz ipe fecit nos. Si enjz nãliter amat filj? patrẽ a quo habet ptẽ corporis sui quãto magis amar dz deũ qui corp? ⁊ aiam fecit. Ideo sapiens Ecclesiastici vij ca. ait in tota aia tua dilige eũ qui te fecit. Nã si diligẽter quis actẽdat quãtũ est bñfitiũ qõ illi de? tribuit dũ corp? dedit vtqz dignũ a more censebit. Quot enjz sunt mẽbra in corpore tot dei bñfitia inuenũ ⁊ magna. Et p minimo mẽbro pl? debet homo amare deũ quã amẽt eum multi p cũctis bñfitijs que ab eo receperunt. Si qs enim amiserit oculũ quãtuz amaret eũ qui sibi restitueret. Et si quis meruisset amittere eũ.quãtũ diligeret illũ q sibi oculũ ꝓseruaret. Nõ minus ergo amãd? est qui eum ab initio dedit ⁊ datũ ꝓseruauit cuz sepe numero vtendo illo cõtra deũ. eũ amicẽ meruerit hõ. Sic referre possumus de singulis membris. Et si tñ amãd? ẽ q dedit corp? qzto fortius qui dedit aiaz. Clamãt igitur oia que in hoie sũt adeo facta. ama deum. Clamãt oculi ama deum. Clamant aures ama deũ. clamat ligua ama deuz. clamant

UVA. BHSC. IyR_226

dentes.ama deū. clamāt man⁹.ama deus. Clamāt pedes.ama ōū.clamat ratio.ama deū.clamat memoria. ama deū.clamat intellect⁹.ama deū.clamat volūtas.ama ōū. quia ab ipso sūt omia. Ob qō bernardus inquit.valde omnino mihi amād⁹ est per quē sum. viuo.7 sapio. Terciū q⁹ nos induit vt diligam⁹ deū est omnis creatura.ait enim de hoc aug.li.x.confessionū. Celum 7 terra 7 que oia i eis sūt ecce vndiqz mihi dicūt vt te amem nec cessant dicere oib⁹ vt sint inexcusabiles. Dupl⁹ dicūt creature nobis vt deum amem⁹ vno modo ostēdendo eū diginissimū amore nro. Bonitas enim vniuersitatis creaturaꝝ ostēdit creatorē esse optimū 7 ideo amore dignissimū. Alio modo dicūt nobis vt amem⁹ deū exhibēdo nobis tot innumera bñficia. Naz terra 7 fructus eius.aqua 7 pisces maris.aer 7 volucres celi.ignis 7 claritas solis.7 splēdor stellarū 7 lune 7 oia alia que homini pstāt.nō cessāt quomodo homini dicer. Ama ōū.ama ōū Ama deū.qui cūcta ad vsum tuū ordinauit. Quartū qō nos inducit vt diligamus deū est gra.s.nobis tributa cū de⁹ p nobis incarnat⁹ trigita trib⁹ annis cū hoib⁹ cōuersando pati p nobis voluit famē.sitim. frig⁹.calorē.7 tā dē subiit. Iuguz grauissīe crucis in qua sanguinē fundens morte preciosa genus humanū redemit. Naz si puerulū ipsum in presepio nascentē inspicim⁹ audimus illū dicentē. amor tuus o oia facit me deū celi carne vestitū hoc vili loco teneri. Si pānis inuolutū vel vagientē in cuna aut herodis iram gegrinando in vlnis matris fugiētē miramur: Mor 7 ipe rūdet O aia mea amor tuus ad hec oia me cōpellit.si singulos eius actus subtiliter meditamur oēs ab amore ardentissimo emanare videmus. Quid plura. vincula. sputa. ludibria.verbera.7 tumelie. derisiones.flagella.corona spinea.crux. claui.spongia.lancea.nōne suo mō sonū faciunt amoris. O insensibilis rōalis creatura. O mēs ferrea omni adamante durior. O denigz ingratissima aia quā non inflāmant nō adurūt christi iesu amoris incendia gg hec oia bernar. in li.de diligendo deū ait. Quid retribuaz dño pro oibus que retribuit mihi.in prio opere me mihi dedit.in ꝓ se 7 vbi se dedit me mihi reddidit.datus ergo 7 reditus.me pro me debeo 7 bis debeo. Quid deo retribuā pro se. naz etā si me milies repende re possem quid sum ego ad dñm. Et idē ihu per can. Super oia reddit te mihi amabiles bone iesu caliz quē bibisti.opus redēptionis nostre hoc amorē nostrū facile vendicat.totū sibi hoc inquā est quod nostrā deuotionē 7 blandius allicit 7 iustius exigit 7 artius stringit 7 afficit vehemētius. Et iterum in sermonibus bernardus dicit.o duri 7 indurati filij adam quos nō emollit tā ta benignitas tanta flāma tam ingens ardor amoris tā vehemens amator. qui p vilibus sarcinulis tā preciosas merces expendit. Quintū quod nos incitat ad amorez dei dicit amicitia de solo quippe deo.certi esse valemus. 7 si eū diligimus nobis sit fidelis 7 verus amicus. Alij vero amici inuenient tripliciter infideles. primo q⁹ aliqñ non amant.l; ament. sed nō sic est de deo qui puerbioꝝ.viij.c.ait .ego diligentes me diligo.7 de hoc cristus dicit iohis.xxiij.c. Qui diligit me diliget a pre meo.7 ego diligā eū. Scōo q⁹ multi sunt amici tpe.pspe ritatis.7 in aduersitate deficiunt ideo sapiens ecclesiastici.vj.c.ait.est amicus sm tempus suū 7 nō permanebit in tpe tribulationis. Sed non sic est in deo de quo dr i psalmo. Iuxta est dñs his qui tribulato sunt corde 7 quānis amicos suos 7 eoꝝ vtilitatē flagellari sepe permittat. illos tñ nūqz deserit quos in tribulatiōe ꝓfortat. Tertio plerigz amant amicos dum viuunt.sed in mōte inimici efficiunt mortuos expoliantes 7 bona eoꝝ pauperib⁹ dispensanda tanqz lupi rapientes. Sed deus spiritū a corpore exeuntem ad se suscipit.illūqz delicijs ac diuitijs eē ne vite facit participē. Cōsiderās oia supradicta beat⁹ laurētius prīaz.s.ispamā 7 parētes reliquit.terrena oia calcauit spe uitaz hereditatē.cū filius fuisset vt aūt nobilissimi ducis.atqz beatū sixtū papā secutus romā vsqz peruenit.ibi a beato sixto factus est archidiaconus.qui tanto fidei zelo ductus fuit vt nec cōminationes nec verbera dura nec ignis incendiū horreret. Ideo ambrosius in sermone sic scripsit de illo.ardebat extrinsecus martir laurenti⁹ turāni seuientis incendijs. Sed maior illū intrin-

UVA. BHSC. IyR_226

fecus cristi amoris flamma torrebat.

Qualiter beatus laurentius probat? fuit igne proximalis miseratiois 7 an possit elemosina dari absq3 caritate. 7 si fieri pōt de illicite acquisitis. 7 quomō potest causare spiritualē effectum. Cap. secundū.

Secundus ignis quo examinatus est 7 probatus iuuentus absq3 crimine beatus laurētius. dr̄ proximalis miserationis. nam ad proximos misericors. fuit quibus thesauros ecclesie dispensauit. nā vt recitatur in legenda. Tēpore bti sixti philippus iperator. 7 filius suus noīe philippus. fidem cristi recepant. 7 ecclesiā sublimar̄ plurimū intendebant. Regnauit aūt iste philipp? āno milesimo ab vrbe condita vt milesim? rome annus xp̄o poti? q3 ydolis dicaretur qui ānus milesimus fuit a romanis cū igēti ludoz 7 spectaculoz apparatu celebrat? Erat aūt cuz philippo iperatore miles qui daz noīe decius. quem misit in galliā vt eā rebellantē imperio romano subiugaret. Qui pergens cū exercitu pspere cuncta gesit victoq3 ad vrbē redibat. audiens imperatoz eius aduentū honorare cū volens eidē a roma vsq3 veronā obuius uit nec videri dz cuiq3 durū hoc qō dicit de verona quasi vellet eam nouā fore ciuitatē. qm̄ vt i cronica ricobaldi scribit tpre tarquinij prisci quinti regis romanoz. condite fuerunt in ytalia agallie vrbes. s. mediolanū brixia verona vincentia. decius igit ambitione ipi papilionē imperatoris latenter itroiuit 7 dō mentē dn̄m iugulauit attraxit aūt exercitus 7 illos qui cū imperatore venerant prece precio 7 muneribus. atq3 cū eis ad vrbem gradus cito pparauit. audiens hoc philippus iunior vehementer extimuit. 7 totum thesaurū patris 7 suū bto sixto 7 scō laurētio cōmendauit. vt si ipm a decio iterfici cōtingeret thesaurū ip̄z ecclesijs 7 pauperib? erogarent. nec te moueat q? thesauri quos laurentius dispensauit. nō dicunt thesauri imperatoris sed ecclesie q? potuit esse q? cum ipsis thesauris philippi aliquā ēt thesaurū ecclesie dispensauit. vel forte ideo dicuntur thesauri ecclesie q? philipp? eos reliquerat ecclesijs dispēsandos. Senatus ergo obuiā decio processit 7 ip̄z i imp̄ū p̄firmauit. nec vero p̄ditorie sed zelo ydolatrie dn̄m suuz occidisse videret xp̄ianos cepit crudelissime persequi adeo vt multi martirio coronarētur inter quos ēt philippus iunior annumeratus fuit. post hoc oblatus est decio beat? sixtus tanq3 qui cristū coleret 7 imperatoris thesauros haberet. tunc decius in carcere recepi ipm iussit donec per illata tormenta 7 thesauros proderet 7 ip̄m negaret bt̄us aūt laurentius ipm psequēs. post eū clamabat quo pgrederis sine filio p̄. Quo sacerdos sancte sine ministro pperas. Tu nū q3 sine ministro sacrificiū offerre 7 sueueras Quid in me displicuit p̄nitati tue. nunq3 degenerē me pbasti exgire certe. vtrū pdoneū ministrū elegeris cui cōmisisti dñici sāguinis dispensationē. Cui beatus sixtus dixit non ego te desero fili neq3 te derelinquo sed maiora tibi debent pro fide xp̄i certamina. nos quasi senes leuioris pugne curlū recipimus. te aūt quasi iuuenē manet gloriosior de tirāno triūphus. post triduū me seqris sacerdotē leuita. deditq3 ei oēs thesauros precipiens vt ecclesijs 7 pauperib? erogaret. Qui xp̄ianos diligenter die ac nocte quesiuit 7 vnicuiq3 prout opus fuerat ministrauit oēsq3 pauperibus dispensauit. ideo ecclesia cantat de eo id psalmiste qō pon̄t ij. ad corinthios. viij. c. dispersit dedit pauperibus iustitia eius manet in seculū seculi Que verba ponderanda sunt dispsit enim dr̄. q? pluribus cōdiuisit 7 nō vni dispersit 7 non auare retinuit dedit 7 nō vēdidit vendit libere sine spe mercedis lucri aut comodi aut obsequij tēporalis dedit nō danduz post mortē dereliquit pauperib? .s. xp̄i non parentibus nō diuitibus. ideo iustitia eius manet in seculū seculi. q? merces iustitie ei? est eterna vt exponit nicholaus de lira. Sz q? hoc loco elemosina bti laurentij tā sublimiter magnificat libet tria de ipsa dubia disputare

Primū vtrū elemosinā dare sit actus caritatis.

Secundū vtrū elemosina fieri possit de illicite acquisitis.

Tertiuz vtz elemosina corporalis habeat spiritualē effectum.

Ad primū dubiū posset quis dicere arguēdo. Qz act? caritatis nō pōt eē sine caritate

UVA. BHSC. IyR_226

sed largitio elemosinarum potest esse sine caritate. igitur non erit actus caritatis. nā prime ad corinthios .xiij.c. apostolus dixit Si distribuero in cibos pauperum omnes facultates meas caritatem autem non habuero nihil mihi prodest. Ad hoc respondet tho. ia 2e. q. xxxij. Q aliquid dicit esse actus virtutis dupliciter vnomodo māliter sicut actus iustitie est facere iusta ⁊ talis actus potest esse sine virtute. nam multi nō habentes habitū iustitie operant iusta. vl ex naturali ratione vel ex timore vel ex spe aliquid adipiscēdi. Alio modo dicitur aliquid esse actus virtutis formaliter. Sicut actus iustitie est actio iusta eo modo quo iustus facit. s. prompte ⁊ delectabiliter. Et hoc modo actus virtutis non est sine virtute. sm hoc ergo dare elemosinā materialiter pōt esse sine caritate. dare vero elemosinam formaliter idest propter deū delectabiliter ⁊ prompte ⁊ omni eo modo quo delectet. non est sine caritate elemosina quidez est opus quo datur aliquid indigenti ex cō passione pp deum.

Secundum dubiū fuit. vtrum elemosina fieri possit ō illicite acquisitis. Ad hoc respōdet tho. vbi supra. q aliquid potest dici tripliciter illicite acquisitum. Uno modo illud quod illicite ab alio accipitur ⁊ debet ei nec potest ab eo qui accipit retineri. sicut contingit in rapina furto ⁊ vsuris ⁊ de talibus cum homo teneatur ad restitutionem elemosina fieri non potest. Secūdo modo est aliquid illicite acquisitum q ille qui acquisiuit retinere non potest nec tamen debetur ei a quo acquisiuit quia. s. contra iusticiam accepit ⁊ aliter contra iustitiam dedit. Sicut cōtingit in symonia in qua dās ⁊ accipiens cōtra iustitiā legis diuine agit vnde non debet fieri restitutio ei qui dedit Sed debet in elemosinas erogari ⁊ eadem ratio est in similibus in quibus. s. datio et acceptio est contra legez. Tertio modo est aliquid illicite acquisitum non quidem q ipsa acquisitio sit illicita. sed quia id ex quo acquiritur est illicitum. Sicut patet de eo quod mulier acquirit per meritricium ⁊ hoc propie vocatur turpe lucrum. Quia enim mulier meretricium exercet turpiter agit ⁊ contra legem dei. Sz in eo quod accipit nō iniuste agit nec contra legem vnde licite retineri potest ⁊ de eo elemosina fieri. non tñ fit de tali lucro oblatio ad altare iuxta illō deuteronomij. xxiij.c. Non offeres mercedem prostibuli in domū dei tui tum propter scandalum. tum propter sacrorū reuerentiam.

Tertium dubium fuit vtrū elemosina corporalis habeat spiritualem effectum. ⁊ arguitur q non. Nam effectus non est potior sua causa. sed bona spiritualia sunt potiora corporalibus. non ergo elemosina corporalis habet spirituale effectum. Secūdo multiplicata causa multiplicat effectus. Si ergo elemosina corporalis causaret spiritualem effectum. sequeret q maior elemosina magis spiritualiter proficeret. Quod ē ptra id quod saluator dixit luce. xj.c. de vidua ponēte duo era in gazofilatiū Rūdet tho vbi supra. q elemosina corporalis pōt tripliciter considerari. Uno modo sm suā substantiā ⁊ sm hoc non hz nisi corporalē effectum inquantū. s. supplet corporales defectus proximor. Alio modo pōt considerari ex parte causē eius inquantū. s. aliquis elemosinā dat pp dilectionē dei ⁊ ptim. Etquātū ad hoc affert fructū spūalem. vñ sapiens ecclesiastici. xxxiij.c. ait elemosina viri gratiaz hominis quasi pupillā conseruabit. Tertio potest considerari ex parte illius cui datur ⁊ sic habet spiritualez effectū in quantū. s. proximus cui per corporalem elemosinam subuenitur mouetur ad orandum pro benefactore. Ad primū itaqz argumentū dicendū q ratio illa procedit de corporali elemosina sm substantiā. Ad secundum vero dicit q vidua que minus dedit sm quantitatē plus dedit sm suā portionē. ex quo pensat in ipsa maior caritatis affect⁹ ex qua caritate elemosina corporalis spiritualē efficatiā habet. igitur beatus laurentius ex hoc maxime cōmendat q totus caritate succensus thesauros pauperibus dispensauit. Nec obstat q sui nō erant quos si voluisset potuisset p se retinere cum etiam si semper illos possedisset. ad hoc distribuisset pauperibus propter diuinum amorez.

Qualiter btūs laurentius examinatus ē igne tirānice persecutionis ⁊ de gra constā

UVA. BHSC. IyR_226

tia ⁊ gloria beati laurentij. Cap. tertiū.

Certius ignis quo examinatus est beatus laurentius ⁊ non est inuenta in illo iniquitas impacientie. dicitur tiránice persecutionis. nam decius persecutus est eum vsq; ad mortem quā ipse letanter pro xpo suscepit de hac tamen illius persecutiōe cō siderare debemus tria.

Primo gratiam.
Secundo constantiam.
Tertio gloriam.

Primo considerabimus gloriaz quam deus contulit beato laurentio in miraculis faciēdis ⁊ conuertendis gentilibus veniens nā q; ad domuz cuiusdam vidue que multos cristianos in domo sua abscōderat quā lōgus dolor capitis detinebat. imposita manu super caput eius eam a dolore capitis liberauit ⁊ pauperum pedes lauans omnibus helemosinā dedit. Eadem nocte in domo cuiusdam cristiani veniens quendam cecum ibi repperit ⁊ facto signo crucis euz illuminauit. vnde ecclesia cantat de eo laurentius bonum opus operatus est qui per signum crucis cecos illuminauit. Cuz aūt beatus sixtus decio nollet ꝓsentire nec pdolis ymolare ipsum decollari iussit precepit. accurrens autem beatus Laurentius post ipsuz exclamabat noli me derelinquere pater sancte. q; thesauros tuos iam expendi quos tradidisti mihi. Tunc milites audientes thesauros laurentiū tenuerūt. ⁊ perthemio tribuno tradiderunt. Ipse aūt decio eum presentauit. Qui tradidit eum valeriano prefecto vt aut thesauros prodat ⁊ sacrificet pdolis aut diuersis eum interire faciat supplicijs ⁊ tormentis. valerianus aūt cuidam vicario nomine ypolito. in custodiam eum tradidit quem ille cum multis alijs in carcere recluſit. Erat autem ibi in custodia quidam gentilis nomine lucillus qui plorando lumen oculorum āmiserat. Cui beatus laurentius lumen se restaurare promisit. si in cristum crederet ⁊ baptismū susciperet. at ille se baptizare instanti⁹ postulauit. Accipiēs ergo laurētius aquaz dixit ei omnia in confessione mundantur Cumq; illum de articulis fidei interrogasset diligēter. Et ille oīa se credere confessus fuisset. aquā super eius caput effudit ⁊ ipm in cristi nomine baptizauit. Statimq; qui cecus fuerat lumen recepit. Qua pro⁹ multi ad eū ceci veniebant ⁊ ab eo illuminati redibant. interrogatus ab ypolito de thesauris. ita respondit. q; ipm ad fidez cōuertit ⁊ cum omni familia baptizauit.

Secundo ꝓsideremus beati laurentij ꝓstantiam quā habuit in tormētis post oia quidē supradicta mandauit valerianū ad ypolitū. vt laurentiū presentaret. cui laurētius ait ambulemus pariter q; mihi ⁊ tibi glia preparat. ad tribunal igit ambo veniunt Et sit iterū inquisitio de thesauris. laurentius aūt triduo indutias petijt. quas valerianus eidem sub ypoliti pollitione ꝓcessit. i hoc triduo laurētius pauperes claudos cecos ⁊ alios collegit ⁊ eos in palatio salustiano cora decio presentauit dicens. Ecce isti sunt thesauri eterni. qui nunq; minuunt sed crescunt. qui in singulis dispergunt et in oibus inueniunt. hoz. n. manus thesauros in celū deportauerūt. valerian⁹ pūte decio dixit. Quid variaris per multa iam nunc sacrifica ⁊ magicā arte depone. Cui laurentius. Quis dz adorari qui factus é an qui fecit. iratus decius. Iussit cū scorpionibus cedi ⁊ omne genus tormentoz āte ipz afferri. quē cū sacrificare iuberet vt hec tormēta euaderet. rñdit infelix has epulas semp optaui. Tunc iubente decio nudus fustibus ceditur. ⁊ ardentes lamine ad latera apponunt. Dixitq; laurētius. Domine iesu criste deus de deo miserere mihi seruo tuo. quia accusatus non negaui interrogatus te dominum confessus sum. Dixitq; ei decius scio q; per artem magicam tormenta deludis me tamen deludere nō valebis Iussitq; eum plumbatis durissime cedi. laurentius autem orauit dicens. Domine iesu criste accipe spiritum meum. tūc audiēte decio vox insonuit adhuc multa certamina tibi debentur. Tunc decius furore repletus dixit viri romani. audistis demones istum sacrilegum consolantes. qui nec deos colit nec tormēta metuit. nec iratos pīncipes expauescit. Iussitq; iterum eum scorpionibus cedi. Subridens aūt laurentius gratias egit. ⁊ pro astantibus exorauit eadem hora romanus in cristum credidit. Recluſus post hec iterum laurētius in cu

UVA. BHSC. IyR_226

stodia ypoliti. nocte sequenti laurentius ad detiū adducitur. ℒui detius aut inquit dijs sacrificabis aut nox ista in te cum supplicijs expendetur. ℒui laurentius mea nox obscurum non habet. sed omnia in luce clarescunt dixitq; Detius afferatur lectus ferreus vt requiescat in eo cōtumax laurentius. ministri ergo eum exuentes super craticulā ferream extendunt. ⁊ prunis suppositis cum cum furcis ferreis cōpresserunt. dixitq; lanrentius valeriano discemiser. q; carbones tui mihi refrigerū. tibi āt eternū supplitium prestant. q; ipse domin⁹ nouit q; accusatus non negauit cuz. interrogatus cristum confessus sum. assatus grās ago dixitq; pllari vultu ad detiū. ℒcce miser assasti vnam partem gira aliam ⁊ manduca deinde subdidit. gras ago tibi domine q; tanuas tuas ingredi merui. ⁊ sic spiritum emisit. confusus detius cū valeriano ambulauit ipalatiū tiberij relicto corpore super ignes. ℒuod ypolitus mane rapuit ⁊ cum iustino presbytero in agro verano condituz aromatibus sepeliuit.

¶ Tertio consideremus gloziam quaz assecutus est beatus laurentius post susceptum martirium. ⁊ illa que in celis est ⁊ nobis ē inperscrutabilis obmussa. tantā ad eam diligamus mentem quam tribuit illi deus i sua ecclesia militante. fecit quidem deus sācum suū martirē multis miraculis corruscare. de quibus pro deuotione nostra aliqua pauca narrem⁹. ℜefert gregorius turonen℔. ℚ; dum quidam sacerdos quādā ecclesiaz sancti laurentij repararet. ⁊ trabs quedam nimū breuis esset. rogauit beatū laurentium vt qui pauperes foueat sue inopie subueniret. ℒue subito sic excreuit vt pars non modica habundaret. ℒuā partem sacerdos minutatim incidit ⁊ multas inde infirmitates sanabat. ℒuidam insuper presbyter nomine santulus beati laurē tij ecclesiam alongobardis incensam reparare volens artifices multos conduxit. ℒuadam autem vice dum quid eis apponeret non haberet premissa ozatione respexit in cibanū ⁊ ibidem candidissimū panē inuenit. Sed cum vir ad vnius prandi esuz tribus personis sufficere videret laurenti⁹ artifices suos nolens deficere sic predictum panē multiplicari fecit q; in alimentū decē dierum operarijs cunctis suffecit. Sunt et alia huius sancti miracula que causa breuitatis omittimus. igitur deuotione qua possumus beatū laurentū deprecemur vt sua intercessione nos dignos efficiat qua media te peruenire valeamus ad illam gloziā sempiternam in qua ipse letatur cum domino iesu cristo. ℒui sit honoz ⁊ gloria in secula seculorum Amen.

¶ Sermo quinquagesimus quintus de sctō Augustino preclarissimo lumine ecclesie sancte dei.

¶ ℚRistus purgauit peccata ipius ⁊ exaltauit in eternū cornu eius. sapientis verba sunt ista originaliter ecclesiastici. xlvij. c. ex omni pte resonant laudes eximie augustini doctoris prestantissimi. Tanta ex verbo illaz copia est vt non nisi longissimis oīombus explicari queant verūtn ne in solēpnitate ipius ab eius deuotione mens nostra ieiuna net aliqua de ipso patre celebratissimo breuiter differem⁹. Gaudēt quippe breuitate moderni vt no. pp q; me. cā. l. i. ⁊. ℒ. de appel. l. amplioze sed in refutatoziis ⁊ de precibus imperatoz offerendis. l. simili. ℒolligemusq; aliqua ex multis que sancti augustini ⁊ merita ⁊ gloziam exprimunt verba sapientis in themate in quibus tria misteria de beato augustino distinguemus.

¶ Primū dicitur cōuersionis.
Secundū cōmendationis.
Tertium magnificationis.

¶ De conuersione beati augustini ⁊ de hijs que induxerunt eum ad heresim ⁊ de erroribus manicheoz atq; de hijs que occurrerunt ad conuersionē augustini.

ℒap̄. p̄mū.

¶ Primū misterū declarandū de beato augustino dicit conuersionis de quo dicitur cristus purgauit peccata ipsius hoc vtiq; factū fuit. dum relicta vanitate phoz abiectaq; ipiissima heresi manicheoz in cristum perfecte credidit ⁊ sacrum baptisma

UVA. BHSC. IyR_226

suscepit. ad quod plenius intelligendū tria in hac parte dubia proponemus.

Primū que fuerunt cause augustinū ad hereſim manicheoꝝ inducentes.

Secundū qui sunt manicheoꝝ errores p̄n cipales ⁊ detestandi.

Tertiū que fuerunt media ad penitentiaꝫ ⁊ conuersionē augustini cooperantia.

Ad primū dubium respōdemus. q⁹ fuerit tres cause precipue que induxerunt augustinum in errores manicheoꝝ.

Prima dicitur intellectus existimatio.

Secunda affectus inordinatio.

Tertia cordis obduratio.

Prima cā fuit existimatio intellect⁹ habuit namq; ex dono nature tantā igeny sublimitatē tantumq; intellectus acumen vt videatur quodāmodo impossibile q̄ ipe se in veritate fatet. Erit enīz sic in libris cōfessionū. Omnes libros artium quas liberales vocant tunc nequissimus cupiditatū iniquaꝝ seruus per me ip̄m legi ⁊ intelexi quoscūq; legere potui. Quicquid enim est de arte disserendi ⁊ loquendi. Quicquid ō dimensionibus figurarū ⁊ de musicis ⁊ de numeris sine magna difficultate nullo hominū tradente intellexi. Scis tu dñe deus meus q⁹ celeritas intelligendi ⁊ discēdi acumen donū tuuꝫ est sed non inde sacrificabam tibi. hoc ideo sic concludit qm̄ non se humiliabat deo neq; scripturis sanctis p̄ebere volebat assensuꝫ. Et vt bernardus super cantica asserit. Superbo loco veritas non videtur. Et super illud ieremie. xlviij. arrogantia tua ⁊ superbia cordis tui decepit te. glo. ait. omnis hereticus arrogās q⁹ superbia facit hereticū non ignorantia. gregorius insuper dicit. Tanto a dei luce sup̄bi longe sunt quanto apud se humiles nō sunt. Ad hanc itaq; dementiā superbi deueniunt vt intellectum eorū minime limitatum arbitrent̄ creduntq; illuꝫ p̄pria vi attingere posse omnia intelligibilia. Sic ⁊ augustinus putabat se absq; deo suo intellectu omnia penetrare ob q̄ sinebat eum deus ruere in tenebras errorꝝ. vñ in li. confessionum loquens ad deum dicit. cumore meo. separabar a te ⁊ nimis inflata facies claudebat oculos meos. Et iterum in eodem libro institui animū intendere in scripturis sacris. Sz visa est mihi scriptura indigna quam tulliane dignitati cōpararem Tumor enīz mentis fugiebat modū eius. Illa autem erat que creſceret cum paruulis sed ego dedignabar esse paruulus ⁊ tumidus fastu grandis mihi videbar. Secū da causa que induxit augustinū in errores fuit affectus inordinatio inclinauerat q̄ppe affectum suum inordinate ad ista temporalia bona ad diuitias ad glorias vanaz ⁊ fumlia. Nam de carthagine romam ⁊ ō de roma mediolanum perrext. vt rethoricam venderet. illam. s. legendo ⁊ sue cupiditati ⁊ glorie satisfaceret. vnde ipse ait in libro confessionum docebam artem rethoricam ⁊ victoriosam loquacitatem victus cupiditate vendebam. Et iterum in eodem libro exalabant nebule de limosa cōcupiscētia carnis ⁊ scatebra pubertatis ⁊ obnubilabant cor meum vt non discerneretur serenitas dulcedinis a caligine libidinis. Multi enim tanto ardore ad hec t̄poralia inflāmātur vt omnino ceci facti in varios labantur errores. hij licet interdum crustianos suo ore se fore dicant. tamē in corde nil credunt de vita futura. nec penas timent neq; desiderant gloriam sempiternam.

Tertia causa que induxit augustinum in errores dicitur cordis obduratio vocatus namq; a deo multotiens ⁊ tactus gratia illius nolebat aperire cor suum. immo claudebat illud. vnde in libro confessionum dicebat. Vocasti me ⁊ non erat qui responderet tibi dicenti mihi. Surge qui dormis ⁊ exurge a mortuis. ligatus enim eram nō alieno ferro sed mea ferrea voluntate. Volūtabatur ergo augustinus in perditissimis erroribus manicheoꝝ nec non ⁊ aliorum ⁊ Nam ad has nugas adduct⁹ est vt arborem fici plorare diceret. cum ab ea ficus vel folū tolleretur.

Secundum dubium fuit. qui sunt manicheorum errores principales ⁊ detestandi ⁊ ad hoc dicimus q⁹ sunt tres.

Primus est contra principij veritatem.

Secundus contra incarnationis cristi veritatem.

Tertius contra legis antique bonitatem.

Primus error manicheoꝝ est ō principij

UVA. BHSC. IyR_226

vnitatē. nam vt dr̄ in.c. primo de summa trinitate ⁊ fide catholica. vnū vniuersoꝝ principiū. Aō ari. ⁊ phi. viij. physicoꝝ vnū mouens. ⁊ in libro de causis vnā primam cām. ⁊ in. xij. metafisice vnū principē appellat. Sed augustinus cōscribit in li. de natura boni. manichei duo pncipia ponūt vnū mali aliud boni vnus ſm eos princeps lucis est. Cuius habitatio regio lucis super ista visibilia. Alter est princeps tenebrarū ex aduerso cuius habitatio ē regio tenebrarū ⁊ vterq; princeps hꝫ populū suū ⁊ a pncipio tenebraꝝ. dicunt esse corruptibilia ⁊ mutabilia. Iste error valde cōtumelios⁹ est. ⁊ creatori ⁊ creaturis. Creatori quippe q; magnā partem sui regni ⁊ gloriē sue auferret dominum creaturaꝝ visibilū alteri tribuit. Creaturis etiā contumelios⁹ ē quas retrahit a dño tam bonorabili ⁊ subdit eas taꝫ vili seruituti vt est seruitus diaboli. Sꝫ vt appareat huius erroris falsitas subdemus auctoritates ⁊ rōnes quibus instituitur vt sic debilitas eius facili⁹ corruat. Argūt ergo primo manichei. q; mathei vj. c. dixit xp̄s nemo potest duobus dñis seruire vocans dyabolū dñm eo q; ipse sit dominus mūdi vt ipsi aiunt. ergo ipse est deus vel creator ipsius. Sed argumentū non cōcludit cū reges gentiū dñentur. luce. xxij. sed tñ non sunt dij vel creatores. Secundo arguūt. Quia mathei. vij. c. scribit̄ non potest arbor bona fructus malos facere. Ex quo inferunt ergo mala non possunt esse ab codē principio a quo sunt bona. Ergo sunt duo principia vnū bonoꝝ aliud malorum. Quibus rñdemus. Q; licet arbor bona non faciat malū fructū. Tamen nihil p hibet fructū quē arbor bona bonū pduxit posse putrefieri. ⁊ corrūpi. ⁊ nemo adeo fatuus est vt cum videt diuersa pira in archa vel ūmensa. Quoꝝ alia putrida fūt. alia sana q; pp hoc non credit ea non posse cē ex eadem arbore. nec aliquis credat duas mulieres nō posse habere vnā matrē eo q; vna virgo alia corrupta. Sic nihil p hibet dyabolū esse bonū creatione ⁊ factū a deo. malū vero sua voluntate. Tertio arguunt manichei q; iohīs. viij. c. scribit̄ vos ex patre dyabolo estis. ergo dyabolus est creator illoꝝ quibus verba illa sic dicta sunt. rñdetur q; non sequit̄ nam pr̄ dicit̄ aliquis alterius vel q; ab eo hꝫ substantiā vel q; ab eo habet mores suscipiendo eius doctrinā vel imitando vitā hoc ſo modo dyabolus erat pater: pharisеoꝝ. Quarto arguunt iohānis. xiij. cristus dixit de dyabolo venit enim princeps mundi huius. ⁊ in me nō hꝫ quicq;. dyabolus princeps mundi vocat̄. ergo mundus est ab eo. rñdetur q; nō oēs principes sunt dij vel creatores. p̄terea ipe princeps erat vsurpatiōe. vñ iuditio a mūdo erat eiciendus. Secundū illud iohis. xij hunc iuditū est mūdi nunc princeps mundi huius eiciet̄ foras. Quinto arguūt. q; iohannis. xviij. dixit cristus regnū meū non est de hoc mūdo. ergo cristus nō est rex huius mundi ergo mundus est regnū dyaboli. Rñdetur q; regnū xp̄i fideles vocant̄. q; non sunt de hoc mundo q; non sunt dediti mundanis. sunt tñ in mūdo sed quasi exulantes ⁊ eternū regnū dei desiderantes. Sexto arguūt q; ap̄lus. Ea ad corinthios. iij. c. ait deus huius seculi excecauit mentes infideliū dyabolus ergo deus huius seculi ē. Rñdet̄. q; dyabolus nūcupatiōe deus est vel dñs ⁊ non ſm veritatē. Nam et venter deus vocat̄ ad philipenſ. iij. c. quoꝝ deus vēter est. tñ venter nō est creator ostendendū igit̄ est manicheis. Q; oīa sunt creata ab ipso deo visibilia ⁊ inuisibilia. Scribitur nam; mathei. vj. c. Respice volatilia celi ⁊c. Et subdit̄ pater vr̄ celestis pascit illa ergo cibus corruptibilis quo aues pascunt̄ a patre celesti est. Et mathei. v. c. dicitur de pane celesti. pluit super iustos ⁊ iniustos ergo pluuia ē ab eo. Et mathei. viij. c. scribit̄ de xp̄o q; venti ⁊ mare tāq; dño obediebant et ⁊ iohis primo. c. Oīa p ipm facta sunt. ⁊ iterū ibi. In propria venit et sui eū non receperunt. Sed nō erant p grāz sui cū essent mali ergo sui erant per creationē. Item mutauit aquā in vinū corruptibile. iohis. ij. c. ergo ⁊ corruptibilia sunt ab ipso. Et ap̄lus ad romanos. j. c. ait. ex ipso ⁊ per ipsum ⁊ in ipso sunt oīa. Et prime ad corinthios. x. c. Ex deo oīa. ⁊ ad ephesios ij. c. ipsi⁹ factura sumus. Et eiusdē. iij. c. In deo qui creauit oīa ⁊ ad colocenſ. j. c. In ipso condita sunt vniuersa que sunt in celo ⁊ in terra visibilia ⁊ inuisibilia. Et ad he-

UVA. BHSC. IyR_226

¶Qualr beatus gregorius opposuit liberalitatem vicio auaricie. Et quare liberalitas est virtus cuius officiū est donare. Et qño est pars iustitie. Capitulū primū.

¶Primum misteriū contēplandū de liberalitate beati gregorij. dr oppositōis Opposuit nāq; illā auaritie. que mater est ⁊ radix cunctoz malorum. Unde Tulius in scōo de officijs dicebat. ¶Nullū vitiū deteri⁹ q̄z auaritia. ⁊ p̄sertiz in pncibus ⁊ rem publicaz gubernantib⁹. Et marcialis coc⁹ ait. non sibi nec alijs ꝓdest dum vivit auarus. Et salustius in catilinario. inqt. Auaritia fidem ⁊ ꝓbitatez ceteraſq; bonas artes subuertit. Et valeri⁹ libro nono. Auaritia est latentū indagatrix lucroz. manifeste p̄de vorago auidissima. neq; habēdi fruēdi felix ⁊ querendi cupiditate miserria Et item salustius in catilinario. Auaritia pecuie studiū habet. quā nemo sapiēs amauit vel cōcupiuit. hec quasi malis venenis imbuta. corp⁹ animūq; virilē effeminat. sp infinita insaciabilis est. neq; copia neq; inopia minuit. Contra ustā insatiabilē beati am. voluit beatissim⁹ grego⁹ liberalitatis scuto se munire. Verumtū vt pars ista iocundius expediatur tria dubia declarem⁹

¶Primu vtr liberalitas sit virtus.
Scōm vtr ad liberalē maxie ptineat dare.
Tertiū vtr liberalitas sit ps iustitie.

Ad primuz dubiū rñdet tho. scōa scōe. q. cxvij. q. sicut dicit aug⁹. in li. de libero arbitrio. Bene vti hijs quibus male vti possumus. pertinet ad virtutē. ¶Possumus autē bene ⁊ male vti nō solū hijs que intra nos sunt. s. potētijs ⁊ passionib⁹ anie. Sed etiā hijs q̄ extra nos sunt. s. reb⁹ hui⁹ mūdi cōcessis nobis ad sustētatōz vite. Et iō cū bñ vti hijs rebus pertineat ad liberalitatē cōsequēs est vt liberalitas virtus sit. Est enim liberalitas vt dicit aristot⁹. quarto ethicoz. mediet⁹ quedam circa pecunias. Uñ ad liberalez ptinet emissiuū esse. Unde ⁊ alio nomine liberalitas largitas nominat. q̄a qō largum est. non est retentiuū. sed emissiuum. quare materia liberalitatis remota est ipsa pecunia. ⁊ q̄quid pecunia mēsurari potest. ¶Nam vt dicit aristot⁹. iij. ethico. pecunias esse dicimus oīa quoruz dignitas nūmismate mensurat. Materia vero ꝓpinqua sunt passiones interiores secundū quas homo afficitur circa pecuniā. Et iō ad liberalitatem p̄cipue pertinet. vt homo ꝓpter inordinatā affectōem ad pecunias non ꝓhibeat a quocūq; debito vsu eius. Est aūt duplex vsus pecunie. vnus aūt ad seipm qui videtur ad sumptus vel expēsas ptinere. Alius aūt quo quis vtitur ad alios. qō pertinet ad datōes. vt videbit in sequenti dubio. Is ergo liberalis est q̄ neq; ꝓpter inmoderatū amorem pecunie impeditur a ꝓcuientib⁹ expensis. neq; a cōuenientibus datōibus. Ideo arist. dicit q⁹ circa datōes ⁊ sumptus liberalitas consistit. Sed hic orit difficultas. vtrum liberalitas sit maxima virtutū. ⁊ sic posset ꝓbari. nā homines maxime amantur ⁊ honorantur ꝓpter virtutē. Sed aristo. dicit in quarto ethicoz. q⁹ inter virtuosos maxime liberales amant. ergo liberalitas est maxima virtutum. In oriuz videt esse auctoritas ambrosij. qui in primo de officijs ait. Iustitia excellentior videtur liberalitate. sed liberalitas gratior. Et Aristo. in tertio rethorice inquit. Fortes ⁊ iusti maxime honorant. ⁊ post eos liberales. Dicendū itaq; secūdū thomaz. q⁹ quelibet virtus tendit in aliqō bonum. vñ quanto aliqua virtus in melius bonum tendit tanto melior est. Liberalitas autem tendit in aliquod bonum dupliciter. vno modo primo ⁊ p se. Alio modo ex consequenti. ¶Primo quidē ⁊ per se tendit ad ordinandam ꝓpriam affectionem. circa pecuniarum ⁊ possessionū vsum. Et sic secundum hoc p̄fertur liberalitati tēperantia que moderatur concupiscentias ⁊ delectationes pertinentes ad ꝓpriuz corpus. Et etiam liberalitati p̄ferunt. iustitia ⁊ fortitudo que ordinant ad bonuz cōmune. Una in tpe pacis. altera in tpe belli

UVA. BHSC. IyR_226

Et omnibus p̄feruntur virtutes que ordinantur ad bonum diuinū. ¶Nam bonū diuinum p̄eminet cuilibet bono hūano. ⁊ in bonis humanis bonum publicum p̄eminet bono priuato. In quibus bonum corporis p̄eminet bono exteriorum rerum. ¶Alio modo ordinat liberalitas ad aliqđ bonum ex consequenti. Et secundum hoc liberalitas ordinatur in omnia bona p̄dicta. Ex hoc enim q̄ homo non est amatiuus pecunie. sequitur q̄ de facili vtatur ea ⁊ ad seipsum ⁊ ad vtilitatem aliox̄. ⁊ ad honorem dei. Et secundum hoc habet quandam excellentiam ex hoc q̄ vtilis est ad multa. quia tamen vnū quodq; magis iudicat secundum illud quod p̄mo ⁊ per se competit ei. q̄m id qđ consequenter se habetur Ideo dicendum est liberalitatem non esse maxima virtutum. Ad argumentum vero respondendum. q̄ liberales maxime amātur non quidem amicitia honesti. l. vt meliores. sed amicitia vtilis. quia sunt vtiliores in exterioribus bonis. que cōmuniter homines cupiunt. Et propter eandem etiam causam clari redduntur.

Secundum dubium fuit vtrum ad liberalem maxime pertineat dare. Et q̄ sic patet per Aristot. qui dicit in quarto ethicorū. q̄ liberalis est superhabundare in datōne ¶Ratio est quia p̄prium est liberalis vti pecunia. vsus autem pecunie est in emissione ipsius. ¶Nam acquisitio pecunie magis assimilatur generationi q̄m vsui. Emissio autē alicuius rei quanto fit ad aliquid distanti us tanto a maiori virtute procedit. Sicut patet in his que p̄iciuntur. Et ideo ex maiori virtute procedit q̄ aliquis emittat pecuniam dando eam alijs q̄m expendendo eam circa seipsum. p̄prius est autem virtutis vt p̄cipue tendat in id quod perfecti⁹ est. ¶Nam virtus est perfectio quedam. vt dicitur in septimo phisicox̄. Et ideo liberalis maxime laudat ex datōne. ¶Quare iurisco sulti donatōem liberalitatem vocant. sicut patet. C. de donatōnibus. l. si donatio. l. si quis. ⁊. l. si patri. ff. mandati. l. idemq; §. finali. Et debet esse donatio ex liberalitate non in necessitate. quia in necessitatib⁹ nemo liberalis exstitit. ⁊ donari videtur quod nullo iure cogente conceditur. vt. ff. de donationibus. l. donari. Debet etiam qui donat donare de suo. non de alieno. Unde cato in oratione in catilinam. quam salusti⁹ recitat. ait. Jam pridem equidem nos vera vocabula rerum amisimus. quia bona aliena largiri liberalitas. malarum rerum audacia fortitudo vocatur. ¶Nec ad liberalitatem spectat donare meretricibus. ⁊ histrionibus. vt. C. de donationibus. l. donatōnibus. ⁊. lxxxvj. distinct. c. qui venatoribus.

Tertium dubium fuit vtrum liberalitas sit pars iusticie. et q̄ sic vī ex verbis ambrosij qui in primo de officijs ait. Justitia ad societatē generis humani refert. Societatis enim rō diuidit in ptes duas. iustitiā ⁊ bñficentiā. quā quidā benignitatē aut liberalitatē vocāt. Et si obiceret. qđ iusticia respicit debitū. liberalitas aūt non. ¶Rñdet thomas q̄ liberalitas ⁊ si nō attēdat debitū legale qđ attēdit iusticia. attēdit tn̄ qđdā debitū morale. qđ attēdit ex quadā ipsius decētia. nō ex hoc q̄ sit alteri obligat⁹. vñ minimū hz de rone debiti. ¶Nā dator non obstātib⁹ oīb⁹ quadā vrbanitate donare debet q̄si ex debito. vñ in. c. i. de donat. dicit tex. hāc sibi qđā mō nobilitas legē imposuit. vt debere se qđ spōte tribuit existiet. Ad h̄ instaret aliqs. q̄ quemēter dare ptiet ad bñficētiā ⁊ miaz. q̄ ptinēt ad caritatē. ergo liberalitas magis est ps caritatis q̄m iusticie. Ad hoc dicē tho. q̄ datio bñficij p̄cedit ex eo q̄ homo est aliqualr affect⁹. circa pecunias dū eas nō p̄cupiscit neq; amat. sz dele ctabiliter exponit. vñ nō solū amicis sz etiā ignotis dat. qñ oportet. licz ergo liberalitas a iustitia differat. p hoc q̄ iustitia alteri qđ est ei⁹. liberalitas aūt exhibet qđ est suū. hz tn̄ quādā cū iustitia p̄uenientiā. q̄ principaliter est ad alterū. sicut ⁊ iustitia lz sm aliā rōem Ex p̄dictis dicere possumus. q̄ qui liberalis est volūtariā pauptatē non horret. ex qua vere diuitie ⁊ animi libertas sequūt. ¶Unde valerius libro quarto ait. locuplete fabricium faciebat nō multa possidere sed pauca desiderare. Liberalitas etiam ad caritatez ad misericordiā ad bñficētia. ⁊ ad magnifica queq; inclinat. atq; disponit. Sicut clarius in sequenti misterio apparebit in quo liberalitas beati Gregorij plenius explicabitur.

UVA. BHSC. IyR_226

Qualiter beatus Gregorius propter liberalitatez exposuit pecunias ad structuenda monasteria et subuenit pauperibus. et egenis. atqz peregrinos. et pauperes benigne cibauit. Capitulum secundum.

Secundū misteriū cōtemplandū de liberalitate beati gregorij. dr determinationis. in quo videre debem⁹ in quo determinate consistit liberalitas beati gregorij. Et q̄uis posset ostendi q̄ multa sint q̄ liberalitatē gregorij illustrant. illa tū preciua sunt tria.

Primū est magnifica dispensatio.
Secundum pia largitio.
Tertium benigna cibatio.

Primū qō illustrat liberalitatē beati gregorij. dr magnifica dispēsatio. Ab ipsa q̄pe liberalitate puenit magnificentia q̄ est specialis virt⁹. vt docet arist. Et tho. scōa scōe. q. cxxxiij. Et vt cicero ait in sua rethorica. Est magnificētia magnaz rez et excelsarū cū animi āpla quadā et splēdida ppositione cogitatio atqz administratio. Cogitatio aūt refert ad interiorez intētōem. Administratio vo ad exteriorē executōez. propterea inquit arist. in. iij. ethi. q̄ nō ois liberalis est magnificus. s. quantū ad actū. qa desunt sibi ea q̄b⁹ vti necesse est ad actum magnificū. tū ois liberalis hz habitū magnificentie vel actū vel in ppinqua dispōne Et vt ait tho. Materie magnificētie pnt dici et ipsi sumptus quib⁹ vtit magnific⁹ ad opus magnū. Et ipsa pecunia qua vtitur ad sumptus magnos faciendos et amor pecunie quē moderat magnific⁹ ne sumpt⁹ magni impediant. Hec magnificentia in beato gregorio effulsit. Qui stirpe senatoria genit⁹ ex patre corsiano et matre siluia cū summū phie apicē in ipsa sui adolescentia attigisset. ac rex et diuiciaz copia plurimū habūdaret cogitauit omnia deserere et in religionē se transferre. et pfectior atus sex monasteria in ficilia pstruxit. et septimū intra menia vrbis in honorez sancti andree in ppria domo fabricauit. in quo relictis sericis auro gēmisqz radiantib⁹ vili monastico habitu tegebat. vbi ad tantā pfectōz in breui deuenit vt in ipso sue puersiōis initio possz tā in pfectoz numero putari.

Secōm qō illustrat liberalitatē bti gregorij dr pia largitō. Nā lz largiri elemosinas sit actus caritatis. vt inquit tho. scōa scōe. q. xxxii. tū pertinet ad liberalitatē in quantū liberalitas auffert impedimētū hui⁹ actus q̄ esse posset ex superfluo amore diuitiarum ppter quē aliquis efficit nimis retētiuus cauz. Ideo aris. dicit. iij. ethi. q̄ dare aliqd ppter bonū est actus liberalitatis. Igitur beatus gregorius in quolibet suo statu ad largiendū elemosinas promptissim⁹ erat. Quadam aūt vice dū in quodā suo monasterio vbi abbas erat scriptitaret angelus dñi in specie naufragi affuit sibiqz miserere lacrimabiliter postulauit. Cui cū gregorius sex argenteos dari precepisset. eadē die iterz rediit seqz multa pdidisse pauca recepisse perhibuit. q̄ cū ab eo totidē argēteos recepisset Iterz die tertia reuersus misereri sibi inportunis vocib⁹ et clamoribus postulabat. Sed cū gregor⁹ a procuratore sui monasterij didicisset nihil dari posse pter scutellā argēteaz quā mater sua cū liguminib⁹ mittere solebat illā statim dari pcepit. quā ille libēter accipiēs letus abscessit. Hic vo angel⁹ dei fuit. vt in sequētib⁹ declarabit. Dū vero pontificalē honorē fuit assecutus. nō solū pcentibus sed etiā longe positus et in monte sinay monachis necessaria ministrabat. Noia insup indigentiū scripta habebat et eis liberal'r subueniebat. Monasteriū iero solimis instituit. et dei famulis in illo degētibus necessaria mittere pcurabat. Trib⁹ quoqz milib⁹ ancillis dei p q̄ttidianis stipendijs octoginta libras auri annualiter offerebat.

Tertiū qō illustrat liberalitatē beati gregorij dr benigna cibatio. Cotidie nāqz in sua mensa pegrinos quoslibet inuitabat Inter quos die quadā vnus accessit i cui⁹ manibus dū ipse ex humilitate aquā fundere vellet puersus vrceum accepit. Sed repente cū in eius manibus aquā effundere voluit. mox euanuit. Cumqz hoc factū secum ipse miraret. Eadē nocte dñs p visionez dixit. ceteris die⁹ me in mēbris meis hesterno aūt die me i memetipso suscepisti Illo aūt tpe pcepit cācellario vt duodecī peregrinos ad prādiū inuitaret. q̄ pergens iussa ppleuit. dū aūt simul discūberēt intu

UVA. BHSC. IyR_226

ens papa tredecim numerauit. ⁊ accersito cancellario. cur ō iussionē suam tredeciz in uitare p̄sumpserat. requisiuit. quos cācellarius numerās tm̄ duodecim inueniens ait Ere ō mihi nō sunt nisi duodeci. ⁊ aiaduertit greg⁹ vir ꝓpius discūbentē vultuz crebro mutare ⁊ nunc adolescentē. nunc vero sibi vetulū venerāda quadā canicie simulare ⁊ finito aūt cōuiuio illū in cubiculum introduxit vehementer adiurās vt ei se nomēqz suum sibi ꝓdere vellet. Qui rīdens ait. ⁊ quid est q̄ interrogas de noīe meo qō ē mirabile. Hex tm̄ scito q̄ ego sum ille naufragus cui scutellā argenteā tribuisti quā tibi miserat cuz ligumibns mater tua. Et hoc tibi p̄ certo sit cognitū. q̄ ab illa die quo mihi sic fecisti p̄destinauit te dīs fieri ecclesie sue p̄sulem ⁊ petri apli successorez. Cui greg⁹. Et tu qm̄o hoc nosci. At ille. qm̄ angelus sum. ⁊ me tibi dīs nūc remisit. vt te ip̄ debeā protegere. ⁊ omne qō petieris per me apud ipsuz valeas impetrare statimqz ab eo disparuit.

Qz deus multipliciter magnificauit beatū gregoziū ꝓpter liberalitatē. Capitulū. uj.

Certū misterū contēplanduz de liberalitate beati gregorij. dī retributio. Voluit quidē deus retribuere sancto gregorio habundantē mercedē. q̄ nō vult de liberalitate a nobis supari. Idcirco eum magnificauit ꝑcipue in tribus.

Primo in assumptione.
Secundo in exauditione.
Tertio in cōmendatione.

Primo magnificauit deus beatū gregoriū in assumptōe. Nā cū electus fuisset ab oi plebe pontifex maxim⁹ mortuo pelagio papa fugere voluit. Et cū non posset ꝓpter ea q̄ die noctuqz ꝓpter euz portas vrbis romani custodiebāt. mutato habitu a quibusdam negociatorib⁹ obtinuit. vt in quodam dolio sup quadrigaz de vrbe educeretur. Qui mox suas expetijt ⁊ cauernaz latibula requisiuit. Ibiqz trib⁹ dieb⁹ latuit Merūtī die sollicite quereret. colūpna lucis p̄fulgida a celo dependens sup locuz in quo latitabat apparuit. In qua colūpna angelos ascēdentes ⁊ descendentes. quidaz reclusus aspexit. Moxqz ab vniuerso populo capit trahit. ⁊ summ⁹ pontifex ꝓsecrat. Secundo magnificauit de⁹ beatum gregorium in exauditōe. Nā exaudiuit illum ꝓ traiano depcantē sicut scripsi in q̄dragesimali nr̄o in tractatu ō iusticia dei. Exaudite insuper fuerūt p̄ces illius dū pestis vrbē crudelissime deuastaret. Ordinauit enī tūc quodā pascali tpe ꝓcessiones cū letanijs p̄ ciuitatis circuitū fieri. Dū ꝯ deportaret ymago beate virginis quā beatus lucas depinxerat. Ecce tota aeris infeccio ⁊ turbulentia ymagini cedebat ac si ipsam ymaginem fugeret. ⁊ ei⁹ p̄ntiam ferre non posset Sicqz post ymaginez mira serenitas ⁊ aeris puritas r̄manebat. Tūc in aere iuxta ymaginem audite sunt voces angelox canētū Regina celi letare alla. q̄ quem meruisti portare alla. Resurrexit sicut dixit alleluia Statimqz btūs greg⁹. q̄ sequit adiuuit. Ora ꝓ nobis deū alla. Tunc grego⁹ vidit sup castz crescentij. angelū dīi qui gladiuz cruentatū detergens in vaginā reuocabat Intellexitqz greg⁹ q̄ pestis illa cessasset. Et deinde castz illud. castrum sancti angeli est vocatū. Ampli⁹ q̄z grate fuerūt deo oīoes eius ostendit angel⁹ qui sibi in missa clara voce rīdit. Cum enīz in die pasce apō sanctaz mariā maiorē missaz celebraret. ⁊ pax dīi ꝓnūciaret. Angelus dīi alta voce respondit. Et cū spū tuo. Unde papa apud illam ecclesiā in die pasce statōem facit. nec sibi cum dicit pax dīi in hui⁹ miraculi testi monū respondetur.

Tertio magnificauit de⁹ beatū gregoriuum in cōmendatōe. Tepore nāqz ei⁹ fuit q̄daz heremita vir magne virtutis qui oīa relīq rat ꝓpter deū. ⁊ nihil ꝑter vnā gattā possidebat. Cui blādiens crebro quasi cohabitatrices in suis gremijs refouebat. Orauit ergo ad dūm vt sibi ostendere dignaret. cū quo future remuneratōis mansionē sparere debuisset. qui illi⁹ amore nihil ex seculi diuitijs possideret. Quadā ergo nocte sibi reuelat. vt cū gregorio romano pōtifice mānsionem sibi sperare deberet. At ille fortiter ingemiscens. pax sibi volūtarīa pauptatē ꝓ fuisse putabat. si cū eo remuneratōem reciperet. q̄ tātis mūdanis diuicijs habūdaret Cū ergo gregorij diuicias sue pauptati de noctuqz suspirādo ꝓferret. Illa nocte au-

UVA. BHSC. IyR_226

diuit deū sibi dicentē.cū diuitē nō possessio diuitiarū faciat.sed cupiditas.Cur audes paupertatē tuā gregorij diuicijs comparet q̄ magis illā gattā quā habes cotidie palpando diligere probaris.q̄z ille tātas diuitias quas non amando sed ɔtēpnendo cūctisq̄ liberaralr largiendo dispgit.Itaq̄ solitarius deo grās retulit.⁊ q̄ meritū suū diminutum putabat.si gregorio ɔpararet̄.orare cepit vt cū eo mansionē qñq̄ accipe mereretur.ppter liberalitatē itaq̄ suā aliasq̄ virtutes tandem ad celestia regna de⁹ illū perduxit.Cum enī sedisset annis tredeciz mēsibus sex ⁊ diebus.x.plenus opib⁹ bonis migrauit a corpe.accepitq̄ coronā eterne vite ad quam nos perducat iesus benedictus filius dei.Amen.

Sermo sexagesimus quartus de misericordia sancti martini confessoris

Qui miseret̄ pauperi beatus erit.Scribunt̄ hec verba originalr̄ puer.xiiij.c.Ad laudem sancti martini cōfessorj assumpta.In collegio cōfessorum in maxima veneratione habetur a cūctis cristicolis beatus martinus.Nam ⁊ ecclia festū eius statuit quātū opeꝝ cessatōem sollēniter fore seruandū.et officiū illius cum ingenti sono eius nois celebrat.qd̄ in plerisq̄ eccl'is vsq̄ ad diē octauum ɔtrahit̄.ppterea dignū ⁊ rōnabile in sollēnitate illi⁹ laudib⁹ eū ɔsecuti.qb⁹ possum⁹.In quo ⁊ si mlt'e virtutes eximie ɔpstiterint.nihilomi⁹ misericordia velut sidus radiantissimuz fulsit.Idcirco in hoc sermone sub titulo de mi̾icordia erimus ꝟba facturi.Ob quā de ipso gloriosissimo sancto dicūt̄ verba in themate posita.In quib⁹ tria misteria pponim⁹ ɔtēplanda.

Primū dr̄ acceptationis.
Secundum exaltationis.
Tertium glorificationis.

De cōmendatiōe misericordie.⁊ de hijs q̄ inducunt nos ad illaz.atq̄ de misericordia sancti martini.Capitulū primū.

PRimū misteriū contemplandū de misericordia beati martini.dr̄ acceptōis.ppter illā etenīz fuit acceptus deo.Sed vt melius ɔtem istam ɔtranseamus tria sunt consideranda.

Primum dr̄ cōmendatio.
Secundum inductio.
Tertium dilatatio.

Primuz qd̄ occurrit ɔsiderandū de mi̾ia dr̄ cōmendatio.quātū.s.misericordia i scriptura cōmendat̄.Sed prius qd̄ sit declaremus.Et ad hoc dicit sanct⁹ tho.scd̄a scd̄e q.xxx.sequendo damascenū in scd̄o li.Et augustinū li.xiiij.de ciuitate dei.Mi̾ia est ɔpassio miserie alteri⁹.i.passio aliene miserie in nr̄o corde.Et est ppꝛie ad alterū nō ad seipsuz.nisi s̄m quandā silitudinē.Nam ad seipm non est ppꝛie misericordia.sed dolor.puta cū patimur aliqd̄ crudele i nobis Ita etiā si sint aliq̄ ɔsone nobis cōiūcte.vt sint quasi aliqd̄ nostri.puta filij vel parētes in eoꝝ malis nō miseremur.sed dolem⁹ sicut in vulnerib⁹ ppꝛijs.Et s̄m hoc phus dicit quinto ethicoꝝ.Q᷑ duꝝ est expulsiuū miseratōis.Mi̾ia itaq̄ ꝑut dicit tristitiā de alienis malis sepissime in scripturis laudatur.Nā zacharias.vij.c.ait.Hec dicit dñs exercituū.Iudiciū veꝝ iudicate.mi̾az ⁊ miseratōes facite vnusq̄sq̄ cū ꝓrio suo.Et sapiēs ꝑuer.xxi.c.Facere misericordiā ⁊ iudiciū magis placet dño q̄z victime.Et ecclesiastici.iiij.c.esto pupil' misericors.vt pater.⁊ ꝓ viro matri illoꝝ.⁊ eris velut filius altissimi obediēs.⁊ mi̾ebit̄ tui.Et osee vi.c.mi̾iam volo ⁊ nō sacrificiū.Et sapiēs ꝑuerbioꝝ xiiij.ca.Honorat deū q̄ miseretur paupis.Et dauid in psalmo centesimo xj.Iocūdus homo qui miseret̄ ⁊ comodat Et paulus ad ephesios.iiij.c.Estote inuicē benigni misericordes.Et petr⁹ prima sua canonica ca.iij.Omnes vnanimes i orōne estote cōpacientes fraternitatis amatores misericordes modesti humiles.Et ambrosi⁹.lxxxvj.di.ca.In singulis.Misericordia plenitudo ꝟtutū est.Et Ieroi⁹ lxxxvj.dist.ca.Qui clemētiaz non habet.nec indutus viscera misericordie.etiam si mlt'uz spūalis sit.non adimplet legem cristi.Et augu.in xiiij.de ci.dei inquit.Longe meli⁹ ⁊ hūanius ⁊ pioꝝ sensib⁹ accomodatus.Cicero in cesarj laude locut⁹ est vbi ait.Nulla de virtutibus tuis nec admirabilior nec gratior

UVA. BHSC. IyR_226

misericordia. Et saluator noster luce vj. ca. Estote misericordes sicut ⁊ pater vester celestis misericors est. Et mathei quinto. ca. Beati misericordes quoniaz ipi misericordiaz ꝓsequent. Secunduz qꝺ occurrit cõsideraꝺũ circa misericordiá ꝺr induccõ. Sũt quippe mlta que nos inducũt vt misericordes simꝰ. Et primũ est principij nostri vnitas. Sumꝰ enim oẽs ex vno patre ⁊ vna mre ẅñ augu. libro de disciplina cristiana ait. Si putamꝰ nõ esse ꝓximos. nisi q̃ de eisdem gentiꝫ nascunt. Adam ⁊ euam intendamꝰ ⁊ omẽs frres sumꝰ. Et ad huc in nobis fraternitas spualis ingnitũ sumꝰ ex vno pre deo ⁊ vna mre ecclia. Scõz qꝺ nos inducit ad miaz est nature ꝓformitas. Omẽs quippe hoies eiusdem speciei sunt. atq; nature. Propterea dicebat ysaias. lviij. Cũ videris nudũ operi eũ ⁊ carne tuá ne despexeris. Tertiũ est ꝺei exẽplaritas. Etꝰ enim est ꝓpriuz misereri vt patet i omni scriptura vtriusq; testamenti. sicut in quadragesimali nostro scripsi in simone de misericordia dei.

Tertiũ cõsiderandũ de misericordia dicit dilatatio. Ad ipam náq; dilatauit cor suũ beatus martinus. qui cõpassus est triplici proximor necessitati.

Primo tempali.
Secundo corporali.
Tertio spũali.

Primo ꝓpassus est beatꝰ martinus ex misericordia necessitati ꝓximor tempozali. dũ enim esset aduc cathecuminus in adolescẽti etate. Quodaz hyemali tẽpe p portá ambianensiuz trãsiens. paupem quẽdá nuduz obuium habuit. q̃ cũ a nullo elemosinã ac cepisset. Martinus hunc sibi seruatuz intelligens. arrepto ense. qꝺ militie deseruiebat. clamidẽ suam diuidit ⁊ ptem tribuẽs pauperi. tñ reliqua rursus q̃ superat induitur Sequẽti igit nocte xpm clamidꝫ sue q̃ pauperem texerat parte vestitũ vidit. ipmq; ad circũastantes angelos sic loquentẽ audiuit Martinus aduc cathecuminus. hac me veste contexit. Ẅñ vir sanctus non in gloriá est elatus. sed ꝺei bonitatẽ cognoscens. cũ esset annoz. xviij. baptizari se fecit. Atq; ad instantiá ⁊ importunitatẽ tribuni sui p bienniũ militauit. Deide relicta militia ad sanctum hilariũ pictauiẽsem episcopũ pgexit. a quo fuit acolitus ordinatus. Legit adhuc in ꝺpalogo seueri ⁊ galli discipulozuz beati martini. Qz martinũ in quadaz festiuitate ad eccliam tendentẽ dũ epus erat. paup q̃dam nudus secutus est. Martinus aũt pcepit archidiacono. vt egentẽ vestiret. Sed cuz hoc ille facere distulisset. ingressus martinus secretariũ tunicá suá illi tribuit ⁊ cõtinuo abscedere iussit. Cũ ergo archidiacon⁹ ꝯo nus moneret vt ad sollẽnia pagẽda ꝓcederet ille de se loquẽs rñdit. se ire nõ posse ꝺo nec paup vestẽ accipiat. Archidiacon⁹ ꝯo nõ intelligens. qz cũ extrinsec⁹ capa tect⁹ esset. ipm nudũ interius non videbat. pauperem non adesse rñdit. At ille. Mihi inqt vestis deferat⁹ ⁊ paup nõ deerit vestiendus Compulsus ille ad foz vadit. ⁊ quinq; argẽteis tunicá vilẽ ⁊ curtá rapiẽs ãte pedes martini irat⁹ ꝓiecit. Quá ille secreto induit cuius manice vsq; ad cubitũ ⁊ longituꝺo vsq; ad genu ꝓtendebat. ⁊ sic missam celebraturus ꝓcessit. ꝺũ aũt missam celebrarẽt globus igneus sup caput eius apparuit. ⁊ a multis ibidẽ visus erat.

Scõo compassus est beatus martinꝰ ex habundãti sua misericordia ꝓximor necessitati corporali. Nam inter cetera de ipso narrat⁹. q⁹ parisius leprosuz quendá horribilem satis obuiũ habuit. quẽ osculat⁹ est atq; bñdixit qui statim mũdat⁹ est.

Tertio compassus est martinus necessitati ꝓximor spuali. Ná peccatores ad pñiam hortabat⁹. quos ad pñiam ꝓuersos ꝓassiouis sinu recipiebat. Cum aũt ꝺpabo⁹ ipz reprehenderet. Cur semel lapsos ad pñiam recipet. Rñdit. Si tuipse o miserabilis ab hominũ infestatõe desisteres ⁊ te factor tuoꝝ peniteret ego pñsus in dño tibi eius misericordiam pollicerer.

Qualiter deus exaltauit beatũ martinum quem voluit in magia veneratõe ab hoib⁹ haberi. atq; timeri a demonibus ⁊ clarere miraculis. Capitulũ scõm.

Secundum misteriũ ꝓtẽplandũ de misericordia beati martini. ꝺr exaltatõis ꝓpter miam quippe ceteraq; virtutes ei⁹ fuit a deo exaltatus maxime in tribus.

Primo in hostium opinione.
Secundo in demonum fugatione.

UVA. BHSC. IyR_226

Tertio in miraculoꝝ operatione.

Primo exaltat⁹ fuit a deo i hoiuꝫ opinioe. deo quidē faciēte hoies illi⁹ tpis martinuꝫ venerari conabāt. de quo erat opinio communis ⁊ fama. ex euidentia facti. qz sanct⁹ erat ⁊ a mūdo totalr̄ sepatus. Cuꝫ autem plebs Turonica episcopo careret. ip̄m plurimū rementē sibi ordinari petijt. Quidā aūt ex episcopis q̄ q̄uenerāt eo q̄ deformis esset habitu ⁊ vultu despect⁹ resistebāt. int quos p̄cipu⁹ fuit quidā noie defensor. Sed quidā accepto psalterio p̄imū qui sibi occurrit psalmū legit vbi hic ✠sus erat. Ex ore infantiū ⁊ lactātiū deus p̄fecisti laudem ꝓpter inimicos tuos vt destruas inimicuꝫ ⁊ defensorē. Et sic iste defensor fuit ab oīb⁹ p̄futatus. Ordinatus itaqz epūs cuꝫ popli tumultū nō ferr̄t duob⁹ vero milib⁹ extra vrbem monasteriū cōstituit. vbi cum. lxxx. discipulis in mīta abstinentia vixit. Nam ibi vinū nemo nouerat nisi quē infirmitas coegisset. Mollior habitus ibi p̄o crimine erat. plurime ciuitates de hijs epos eligebant. Quodā tpe martin⁹ valentinianuꝫ impatorē p̄o quadā necessitate adijt. Sed ille sciens eum velle petere qō ille nolebat dare. fores palacij sibi claudi fecit. Et martinus semel ⁊ iterū repulsam passus cilitio obuolut⁹ ⁊ cinere ꝑspersus p vnam ebdomadā cibi ⁊ potus abstinentia maceratur. Tunc monēte angelo ad palaciuꝫ venit et nullo sibi p̄hibēte ad impatorē vsqz q̄uenit. quē cum venientē vidēret. irat⁹. qz fuisset admissus ei assurgere noluit donec cellā regiā ignis operiret. ⁊ ip̄m impatorez a pte posteriori ignis succenderet. Tunc sancto irat⁹ assurgens virtutem diuinaꝫ se sensisse cōfessus est. multūqz ip̄m cōplectēs sibi oia anteqz rogaret ꝓcessit. mīt aqz munera obtulit. sed martin⁹ nō accepit.

Secūdo exaltauit de⁹ beatū martinū in demonuꝫ fugatione. Sepe nāqz demones ab obsessis corp̄ib⁹ effugauit. In dyalogo aūt Seueri ⁊ galli legitur. Qz quedā vacca a demonio agitata cū vbiqz seuiret ⁊ mītos cōfoderet. ⁊ versus martinū ⁊ sotios in itinē furibūda cōcurrēt. ille manu eleuata ipaz sistere iubet. qua immobili ꝑmanēte. vidit demonē dorsū illi⁹ insidentē. quē increpās discede inquit funeste de pecude ⁊ in noxiū animal agitare desiste. Quo ꝓtin⁹ discedēte vacca ad pedes illi⁹ ꝓsternit̄ ⁊ ad ei⁹ impium cū omni māsuetudie ad gregez ē reūsa

Tertio exaltauit deus beatuꝫ martinū i miraculoꝝ opatiōe. Nam deus mīta miracula opat⁹ est merit̄ ⁊ fide illi⁹. Nā vice q̄daꝫ venenatā herbā inter alias herbas iaduertenter in cibū sumsit ⁊ vicinā mortez sentiens periculū ⁊ dolorē ✠tute oratiōis fugauit Cum quidā iuuenis defunct⁹ fuisset ⁊ mater ei⁹ ꝓ resurrectōe filij beatū martinū cū lachrymis exoraret ille in medio cāpi vbi erat innumerabilis multitudo gentilium genua fixit ⁊ cunctis videntibus puer surrexit. Qua ꝓpter omnes illi gentiles ad fidem q̄uersi sunt.

Cum beatus martin⁹ quoddā tēplū antiquissimū diruisset ⁊ arboreꝫ pinū dyabolo dedicatā vellet excidere obsistentib⁹ rustic⁹ ⁊ gentilib⁹ vn⁹ eoꝝ dixit. Si de deo tuaꝫ fidūciā habes nos hāc arborē succidem⁹. Et tu illā susc̄ipe Et si tecū ē de⁹ tu⁹ vt dic⁹ eua des. Quo annūte succise arbori ⁊ iā ✠sus eum cadenti signū crucis opposuit ⁊ in aliā ptem rediens. rusticos qui i tuto loco erāt fere oppressit. Quo viso miraculo ad fideꝫ q̄uersi sunt.

Qz deus assumpsit ad gloriā suā beatū martinuꝫ qui p̄nūciauit diē obitus sui ⁊ cū ingenti deuotiōe ex hac vita discessit cui⁹ trā. situs fuit diuinit⁹ reuelat⁹. Capitulum. iij.

Tertiū misteriū templādus de liberalitate sancti martini dicit̄ glorificatio Adeptus quippe est gloriā celestis regni in qua ꝑpetuo cōmorabit̄ in gaudio ⁊ exultatōe eritqz felix inter sanctos ⁊ āgelos et ipe sanct⁹. Sanctitas vero eius in extremo vite maxime innotuit ꝓpter tria.

Primo ꝓpter p̄nūciationem.
Secūdo ꝓpter deuotiōem.
Tertio ꝓpter renelatiōem.

Primo innotuit sanctitas beati martini ꝓpter p̄nūciatiōez. Nam obitum suū longe ante p̄sciunt. quē ⁊ fratrib⁹ p̄nunciauit. Interea cōdacēsem dyocesiz cā sedande discordie visitauit. In qua diutⁿ ꝓmoratus viribus corp̄is cepit destitui ⁊ discipulis indicat se resolui. Tunc omēs flentes inq̄unt Cur nos pater deseris? aut cui nos desola-

UVA. BHSC. IyR_226

tos reliquis? Inuadet enīz gregē tuuz lupi rapaces. Et ille quoqz motus fletibus eoz flens sic orauit. Domine si adhuc populo tuo sum necessarius. non recuso laborez. fiat volūtas tua. Dubitauit enīz pene quid vellet. quia nec hos deserere nec a cristo volebat diuti? separari.

Secundo innotuit sanctitas beati martini ꝓpter deuotiōez. Cuz enīz aliqz diu molestia febriū teneret ⁊ a discipulis rogaretur vt in lectulo suo vbi in cinere ⁊ cilitio decūbebat stramētū aliqd ponerēt. Non decet inquit filij cristianū nisi in cinere et cilitio mori. Oculis igit ac manibus in celū semp intentus inuictum ab oratione spiritū nō relaxabat. Et cū supinus semper iaceret ⁊ a prespiteris rogaret vt corpusculū mutatione lateris releuaret. Sinite me frēs inquit sinite poti? celū respicere quaz terrā. vt spūs ad dñm dirigatur. Et hoc dicēs vidit dyabolū assistere. Quid inquit hic astas cruēta bestia? Nihil in me funestū reperies. habrae me sinus recipiet. Et in hac voce anno dñi cccc.xxxvj. vite vero ei? lxxxj. spiritus deo reddidit. Mult? aūt eius tāqz angeli resplēduit. ac chorus angelorum ibidē ꝑcumens a multis auditus fuit. Ad eius aūt trāsitū. pictauī sicut turonicj conuenerunt. Ubiqz magna alteratio orta est. Dicebāt enīz pictauī noster est monachus. nos requirim? ꝓmendatū. Quibus illi vrbis est ablatus. nobis aūt a deo datus. Nocte ergo media pictauī oēs penitus sōpniunt. ⁊ sic a turonicis p fenestram electū nauigio ad vrbem turonicā cū gaudio deportat.

Tertio innotuit sanctitas beati martini in trāsitu eius ꝓpter reuelationē. Multa qp pe fuerūt de ipo reuelata. Beatus nāqz seuerus epūs colonēsis. cū die dñica loca sancta. post matutinas more solito circuiret. illa hora qua vir sanctus obijt. angelos in celo cāntantes audiuit. vocāsqz archidyaconem. interrogauit si aliquid audiret. ⁊ cuz ille audire nihil diceret. ⁊ epūs cū diligēter ascultaret. moneret. cepit collū sursum extendere: aures erigere ⁊ super summis articulis baculo sustentāte stare. Sed dū ep? pro eo orasset. quasdā in celo voces audire se dixit. Cui episcopus. dominus me? martinus est. qui migrauit e mūdo. ⁊ tūc angeli eum in celū deferūt. demōes aūt affugerūt. qui cū tenere voluerunt. sed nihil suū in eo repientes cōfusi recesserūt. Archidyacon? ergo die ⁊ hora notauit. ⁊ tūc martinū migrasse ꝓgnouit. Seuerus etiā monachus q̄ vitā eius scripsit cū post matutinas leuiter obdormisset sicut ipe in quadaz epistola testatur. Sanctus martinus albis indutus. vultu igneo. stillātibus oculis. crine purpureo. tenens librū in manu dextra. quē de vita eius idē seuerus scripserat eidē. Apparuit. Cūqz post būdictōez in celū ꝓscēdere ipsum videret. ⁊ cū eo ascēdere cupet. euigilauit. post hec aūt nūcijs veniētib? eadez nocte sanctuz martinū migrasse ꝓgnouit. Eo quoqz die sanct? ambrosi? mediolanensis epūs missaz celebrās sup altare inter ꝓphetiam ⁊ epl̄az obdormiuit. ⁊ cū nullus eum excitare pūmeret. ⁊ subdyaconus nisi ipso innuente auderet epl̄am legere. trāsacto lōgo spatio. excitauerūt cū dicētes. Jaz hora pterijt. ⁊ populus valde lassus expectat. iubeat dñs nr̄ vt clericus epl̄am legat. Ad qs ille. nolite turbari. frater enim me? martinus ad dñm migrauit. Et ego ei? funeri obsequiū prebui. Sed vltimā orationē vobis excitātib? explere nō valui. Et illi die ⁊ hora notātes. inuenerūt tūc sanctū martinū migrasse ex hac vita ꝓpter hec omnia beatus Ambrosi? in pfatiōe ait. Beatus martinus profani erroris tēpla destruxit. vexilla pietatis erexit. mortuos suscitauit. ab obsessis corporib? demonia excussit. ac varijs laborātes languoribus salutis remedio subleuauit. Qui ita pfect? inuētus est. vt cristū texisset i pauptate ⁊ veste quā egenus acceperat mundi dñm induisse. O felix largitas qua diuinitas opit. O clamidis gloriosa diuisio. que militem texit ⁊ regem. O in estimabile donum. qō vestire meruit deitatē. digne huic ꝓfessionis tue dñe ꝑmia ꝓtulisti. digne ex arianor̄ subiacuit. feritas Digne a morte martini ꝓsecutor] tormēta non timuit. Quid erit pro oblatiōe corpis integri recepturus. qui pro quātitate vest] ex igne vesture deū meruit ⁊ videre. hec ille videt ⁊ modo martinus deū in gloria claritatis sue. videt vtiqz ⁊ affluit ⁊ dilatat cor suū. exultās letitia in beata vita ad quaz nos deducat Jesus filius dei

UVA. BHSC. IyR_226

cuius nomen sit benedictū in secula seculo rum. Amen.

Sermo sexagesim⁹ quintus de sancta Catherina virgie ⁊ marture. sponsa xpi ꝑdilecta

Amauit eam rex. Scribunt hec verba originaliter hester scō.ca. Ex hijs que pro xpo beata catherina ꝛtuose peregit. fides nra catholica magnope roboratur. Quis enim in xpm non credat vex deū ⁊ hoiem devirgine natū. qđ catherina tam ꝓstātissime ꝓdicauit. vt etiam dura queq; supplicia vsq; ad capitis trūcatōem non timuerit subire. Mira sunt ꝓfecto ea que de catherina leguntur. atq; ab oibus fidelibus. non sine deuotione recolenda. Propterea in hoc sermone illa conabimur explicare. Rex regum. dñs ihesus xps amauit eam. atq; benignissime sibi ōspōsauit. ō q locuturi tria misteria ꝓponimus contēplenda. In qb⁹ tres excellētie sancte catherine cōtinentur.

Primum dicit mundicitie.
Secundum sapientie.
Tertium patientie.

Qualiter beata catherina munda fuit ab infidelitate. a luxuria. ⁊ a superbia. Capitulū primum.

Primus misteriū ꝓtēplandū de beata catherina dr mūdicitie. Hec est ꝓma eius excellētia. ꝓpter quā amauit eam xps Seruauit equidē se mundaz a trib⁹ vicijs que deus maxime odit.

Primo ab infideli stultitia.
Secundo a carnali lasciuia.
Tertia a cordiali superbia.

Primo beata catherina seruauit se mūdaz ab infideli stultitia. Nā ydolatriā spreuit. ⁊ credidit in cristū ihesum filiū dei. Vnde cuz maxēci⁹ imperator preesset alexādrinaz. conuocasset q; omnes tam diuites q; pauperes vt ydolis ymolarent. ⁊ cristianos ymolare nolentes. puniret. Catherina cū esset annoz xviij. audiēs gaudia dūsoz mugit⁹ ⁊ cātātiū plausus. misso illuc nūcio iqrī iussit celeriter qđ hoc esset. Qz cū didicisset. assumpt; aliqb⁹ de palatio. signo crucis se munies. illuc accessit. ibiq; mltos cristianos metu mortis ad sacrificia duci ꝓspexit. Que vehemēti dolore cordis sauciata. ad imperatorē se audacter ingressit ⁊ ait. Salutatiōez tibi ꝓferre ⁊ ordinis dignitas. ⁊ rōnis via mouebat. si creatorē celoz agnoscerem. ⁊ a dijs animū reuocarem. Stansq; ante tanuā tēpli per varias ꝓclusiones silogismoz doctissime mlta cuz cesare disputauit. Deinde rediēs ad cōmune colloquiū dixit. hec tibi tāq; sapiēti ꝓferre curam. Nūc aūt quare incassum congregasti hāc multitudinē ad colendaz stultitiā ydoloz. Miraris hoc templuz manu artificū opatū. Miraris ornamēta preciosa que velud puluis ante faciē venti erunt. Mirare pot⁹ celū ⁊ terrā mare ⁊ omnia q in eis sunt. Mirare ornamenta celoz. solez videlicet lunā ⁊ stellas. Mirare famulatuz eoz qualiter a mūdi initio vsq; ad finē die ⁊ nocte currūt ad occidentem ⁊ reuerunt ad orientē. Nec nū quā fatigant. Et cum hec aīaduerteris interroga ⁊ disce quis sit eorū patrator. Cū aūt ipm eo donāte intellexeris. nec illi silem inuenire valueris. ipz adora. ipsū glorifica. Ipse enim est deus deoz ⁊ dominus dominantium. Cūq; de incarnatiōe filij sapienter pluria disputasset. stupefactus cesar non valuit ad hec rñdere. Tandem ad se reuersus dixit ad eā. Sine O mulier sine nos finire sacrificiuz. ⁊ post hec tibi respōsa reddem⁹. Precepit ergo eā ad palatiū duci. ⁊ cū omni diligentia custoditi. Ex quibus patet q; feruēs erat fides catherie. quātūq; infidelitatez horrebat. Sed vt ea que dicta sunt cuz aliqua doctrine speculatiōe auidius capiant. tria dubia sunt declaranda.

Primū vtrū infidelitas sit peccatum.
Secūdum vtrū infidelitas gentilū sit grauior ceteris.
Tertiū vtrū quelibet actio infidelis sit peccatum.

Ad primū dubiū rñdet tho. scōa scōe. q. x. Q infidelitas est peccatū. q3 ōriat̄ ⁊tuti fidei verūtū potest dupl'r accipi. vno mō ꝑm purā negatiōem. vt dicat̄ quis infidelis ex eo q non habet fidez. Alio mō potest infidelitas intelligi ꝑm ōrietatem ad fidez q. s. aliquis repugnat auditui fidei vel etiaz ꝓtempnit ipam. Et in hoc ꝓprie pficit ratio in

UVA. BHSC. IyR_226

fidelitat⁹. Et ꝑm hoc infidelitas est peccatū
Si aūt accipiat⁹ infidelitas ꝑm puram negatiõez sicut in illis qui nihil audierūt de fide non habent ratiõem peccati. sed magis pene qz talis ignorãtia diminuit ex peccato ꝓmi paret⁹ est ꝓsecuta. Et qui sic sunt infideles dãpnant⁹ quidẽ ꝓpter alia peccata. q̃ sine fide remitti nõ ꝓnt. nõ propter ipsaz infidelitatẽ. vñ xps dixit. Si nõ venissez et eis locutus nõ fuissez. pctm̃ nõ haberẽt. Et ꝑm august⁹. loq̃t ō pctõ q̃ iudei nõ crediderūt in xpm. Est ergo infidelitas ꝺo mõ dicta grauissimũ pctm̃. qz cũ oẽ pctm̃ fõmal⁹ ꝓsistat in aūsiõe a deo tãto aliqõ pctm̃ est graue⁹ quãto p ipm magꝭ hõ sepat⁹ a deo. p infidelitatẽ maxie a deo hõ elongat⁹. qz nec verã dei ꝓgnitõz hz. p falsaz aūt ꝓgnitõz ipi⁹. nõ appropinq̃t⁹ ei. iz magꝭ ab eo elongat⁹.
Scõz dubiũ fuit vtr infidelitas gẽtilũ siue paganoꝝ sit grauioꝛ ceteꝛ. ꝛ ad ꝟ dicẽ tho. Qui infidelitate duo pñt ꝓsiderari. q̃z vnũ est cõparatio ei⁹ ad fidẽ. ꝛ ex hac pte grauiꝰ ō fidẽ peccat. q̃ fidei ōriat⁹ quã suscepit q̃z ille q̃ eã nõ suscepit. Et ꝑm hoc infidelitas hr̃ticoꝝ q̃ ꝓfitent⁹ fidẽ euãgelij. ꝛ ei ōriant⁹ coꝛrũpẽtes ipaz. gẽtioꝛ est infidelitate iudeoꝝ q̃ fidẽ euãgelij nũq̃z susceperũt. ꝛ infidelitas iudeoꝝ q̃ figurã euãgelij acceperũt i veteri lege. ꝛ tñ male interꝓtates corrũpũt. gẽtioꝛ est infidelitate gẽtiliũ. Scõm q̃ põt i infidelitate ꝓsiderari. est corrupto coꝝ q̃ ad fidez ptinẽt. ꝛ ꝑm hoc cũ in plũ⁹ errẽt gẽtiles q̃z iudei. ꝛ iudei q̃z hr̃tici. grauioꝛ est infidelitas gẽtiliũ q̃z iudeoꝝ. ꝛ iudeoꝝ q̃z hr̃ticoꝝ.
Tertiũ dubiũ fuit vtr q̃libet actõ infidelis sit pctm̃. Et q̃dã dicũt q̃ sic. ꝛ hã glo. super isto ꝟbo apli ad romanos. xiiij. c. oẽ q̃ nõ est ex fide. pctm̃ est. ait. Oĩs infideliuz vita est pctm̃. iz ad vitã infideliũ ptinet. oẽ q̃ agũt ergo oĩs actõ infideliũ est pctm̃. Alij ꝺo ōriũ asserũt. qz vt hr̃ actuũ. p. c. Accepte fuerũt deo elemosine cornely cẽturiõis i infidelitate aduc psistẽt⁹. Dicit ergo tho. q̃ pctm̃ mortale tollit gr̃az gratũ faciẽtẽ. nõ aūt totaliꝛ corrũpit bonũ nature. vñ cũ infidelitas sit q̃dã mortale pctm̃. infideles q̃dez gr̃a careꝛ. remanet tñ i eis bonũ nature. vñ manifestũ est. q̃ infideles nõ pñt opari opa bona. q̃ sunt ex gr̃a. s. opa meritoꝛia. tñ opa bona ad q̃ sufficit natura. opari pñt. vñ non oporteꝛ q̃ in oi suo ope peccẽt. Sz q̃ñcũq̃z aliqõ op⁹ opant⁹ ex infidelitate tũc peccãt Et sic intelligũt ꝟba glo. supi⁹ allate. De cornelio insup sciendũ qz infidelis nõ erat hẽbat aūt fidẽ iplicitã. nõdũ mãifestata veritate euãgely. Ideo ad eũ fuit missus petr⁹ vt plene de fide ipm instrueret. ꝟ Octõ itaq̃z infidelitatis tpe beate catherine mũd⁹ erat infectus. quã ipa refugit in fide xpi firmissima persecutus.
Scõo beata catherina fuauit se mundaz a carnali lasciuia. fuit q̃dẽ ꝟgo ymanẽs i virginitate ꝑpetua. q̃ in ea satis cõmẽdabilis fuit. maxime propter tria.
Primo propter formositatem.
Secundo propter libertatem.
Tertio propter importunitatem.
Primo fuit ꝓmẽdabilis ꝟginitas catherle ꝓpter formositatẽ. dr̃ enim de ea q̃ erat in credibilis pulchritudis. ꝛ oĩz ocul⁹ admirabilis videbat⁹. Est aūt pulchritudo in iuuẽcula cã ruine. qz vt inq̃t Aureol⁹ theofast⁹ pulchra cito adamat⁹. Et sapiẽs ꝓuer. vlt⁹. ca. Fallax ꝓs ꝛ va na est pulchritudo. Et ezechiel. c. xvj. hñs fiduciã in pulchritudine ei⁹ formata est. Sed pulchritudo catherine nõ obfuit. q̃ aiuz fortitudie decoꝛauit. vñ ō ipsa dici põt illõ ꝓuer. vlti. c. Fortitudo ꝛ decoꝛ indumẽtũ eius.
Scõo fuit ꝓmẽdabilis virginitas catherie ꝓpter libertatez. qz sui ꝛ suoꝝ dña remãserat. tñ subdidit se totã deo viuẽs i filiali timoꝛe illi⁹. vñ sibi ꝓuenit ꝟba sapiẽt⁹. pũ. aduc vlt⁹. c. mulier timẽs deũ ipa laudabit⁹ Tertio fuit ꝓmẽdabilis virginitas catherine ꝓpter iportunitatẽ. ꝟ Ã viriliter obstitit ꝑsuasionib⁹ iportunis. ꝓmissisq̃z impatoꝛis. Tẽptauit q̃dẽ illã vxoꝛẽ hr̃e. Cui dixit. o virgo generosa. iuuẽtuti tue consule. ꝛ post reginã in palacio meo scõa vocaberis ꝛ ymaginẽ tui in medio ciuitat⁹ faciã fabr̃icari. atq̃z a cũctis adoꝛabit⁹ velut dea. Cui virgo desine talia dicere. q̃ scelus sunt etiaz cogitare. Ego me xp̃o spõsaz tradidi. Ille gloria mea. ille amatoꝛ me⁹. ille dulcedo ꝛ dilectõ mea. ab ei⁹ amore nec blandimẽta nec tormenta me poterũt reuocare. Et cũ iteꝛ post dies aliqs impatoꝛ ei diceret. ꝟ Nõ te quasi famulã possidere cupim⁹. iz regina potẽs ꝛ electa decoꝛ i regno meo triũphab⁹

UVA. BHSC. IyR_226

¶Rñdit.attẽde ⁊ tu obsecro ⁊ iudiciꝫ exame veridica sancõe discerne.quẽ magis eligere debeo. Aut potẽtẽ eternũ gl̃osuꝫ ⁊ decorũ vel infirmũ.inonorabilẽ.ignobilẽ.⁊ deformẽ. Tertio beata catheria seruauit se mũdã a cordiali ſuꝑbia.fuerũt q̃ppe in ea tria ex q̃bus ꝓsueuerũt hoies in ſuꝑbiã crumpere.

¶Primum fuit nobilitas.

Secundum habundantia.

Tertium scientia.

¶Primũ qõ fuit in beata catherina fuit nobilitas originis.nã fuit costi regis filia.⁊ nihilomin⁹ imperatoꝛi eã interrogãti ⁊ dicẽti ꝓgenie tuã req̃rim⁹.humilr rñdit.Scriptuꝫ est.¶Nec te collaudes. nec te culpaueris ipse.hoc facũt stulti q̃s gl̃a vexat iamis.cõfiteoꝛ tñ mea ꝓgenie nõ tumoꝛe iactãtie sꝫ humilitatis amoꝛe. Ego enꝫ suꝫ catheria costi regis quõdã filia. q̃ q̃uis in purpura nata.⁊ liberalib⁹ disciplinis mediocriꝫ instructa.¶Nec tñ oĩa ꝓpsi.⁊ ad dñm iesum cõfugi. Scõm qõ fuit in btã catheria.fuit habũdãtia diuitiaꝝ ⁊ bonoꝝ tpaliũ.ex hyſ ꝓuocãt hoies ad ſuꝑbiã.vermis diuitiaꝝ ſuꝑbia est. Ipsa tñ virgo catheria tẽporalia omnia velut puluerem vilipendit. Tertiũ qõ fuit i btã catheria.est scia. Et õ hac dicem⁹ in sequẽti mistero. ꝓ ipa tñ nõ intumuit.sꝫ ea ad diuinũ vtebat honoꝛes.

De sapia sancte catherie. cui nõ potuerũt resistere etiã rectoꝛes ⁊ phi q̃s ad fidẽ ꝓtit

Capitulum secundum.

SEcũdũ misterũ ꝓtẽpladũ õ btã catherina dr̃ sapiẽtie.⁊ hec est scõa illi⁹ excellẽtia.ad quã plene intelligendã sciendũ q̃ tripler est scientia.

¶Prima increata.

Secunda condempnata.

Tertia cõmendata.

¶Prima sapia increata est ipsi⁹ dei. de qua paul⁹ ad roma.xj.c.ait.O altitudo diuitiaꝝ sapie ⁊ scie dei. Ista aũt sapia nihil aliud est q̃s ipse de⁹.q̃ tñ solet attribui filio.ꝓ appatõeꝫ.sicut pr̃i potẽtia.⁊ spũi sancto clementia.vñ eccle.xxiij.c.dr̃.Ego sapia prodij ex oze altissimi ꝓmogenita añ oẽm creaturã.⁊.i.c.fons sapie v̄bũ dñi in excelsis.

Scõa sapia est ꝓdẽpnata.vt eni colligit ex dictis tho.ſa fe.q.xxxv.Sicut bonũ dicit dupl̃r. aliq̃ vere illud.s. qõ est simpl̃r bonũ.aliq̃ ſiſtitudinarie.vel abusiue.sicut cũ dr̃.ille est bon⁹ vel optimus latro.ita sapia aliq̃ dr̃ vere aliq̃ ſiſtitudinarie. Cũ ergo quis sapiẽs est ad male agẽduꝫ.sapia in eo est ꝓ ſiſtitudinẽ dicta. De q̃ Jere.iij.c.scribit.sapiẽtes sunt vt faciãt mala. bñ aũt facere nescierũt.Et Jacob.iij.c.¶Nolite gloriari ⁊ mẽdaces esse adũsus veritatẽ. ¶Nõ est ista sapia de sursuꝫ descẽdẽs.sꝫ terrena.animalis.dyabolica. Et declaratur ista diuiſio a sancto tho.vbi ſ sic. Quicũq̃ aũtiꝫ a fine debito.necesse est q̃ aliquẽ finẽ indebitũ ſibi ꝓstituat.quia omne agẽs agit propter finem. Vnde ſi ꝓstituat sibi finem in bonis exterioꝛib⁹ terrenis vocat sapia terrena.Si i bonis coꝛporalib⁹.vocat sapia animalis. Si aũt in aliq̃ excellẽtia animi. vocat sapia dyabolica.Sicut fuit sapia tyrannoꝝ ⁊ phoꝝ.De hac ita loq̃t greg⁹ in moralib⁹ Vnde mũdi sapia est coꝛ machinatoꝛib⁹ tegere.sensuꝫ verbis velare.q̃ falsa sunt vera ostendere.que vera sunt falsa demõstrare. hanc q̃ sciũt.ceteros ſuꝑbiẽdo despicuunt Sed de ipsis phis ſuꝑbiẽtib⁹.q̃ sapiẽtes vocari voluerunt. donec pictagoꝛas. phm.i. amatoꝛẽ sapie se noiauit. vt ysidoꝛus.viij. ethi.memit.Et aug⁹.li.xviij.de ciui.dei.ita inq̃t. Aplus ad roma.i.c.Cũ deũ ꝓgnouissent.s.rõne naturali nõ sicut deũ glorificauerũt.q̃ nõ cogitauerũt.s.q̃ impropoꝛcionabil̃r excedit ꝓgnitoꝛ nr̃aꝫ. ⁊ ꝓ ꝑis superoꝛa est glorificãd⁹.neq̃ gr̃as egerũt.s. õ cognitõe naturali sibi a deo data. Sꝫ euanuerũt in cogitatoꝛib⁹ suis.s. ſuꝑbiẽdo de ipsa naturali ꝓgnitõe dei.⁊ obscuratũ est insipiens coꝛ eoꝝ.s. iusto iudicio dei. ⁊ dicẽtes se esse sapientes .stulti facti sunt.

Tertia est sapia cõmẽdata. ⁊ h̃ aliq̃ ꝑfr̃ virtus intellectualis ab aristot⁹.in.vj.ethi. que nil aliud est ꝑm aug⁹.in.xiij. de trinitate.q̃ ꝓgnitio diuinoꝝ. q̃ tñ vt inq̃t thoꝛ rõne naturali acq̃rit̃ vel habet̃. Aliq̃ a sanctis accipit̃ ꝓ gr̃a gratis data. Juxta illud apli. alij dat̃ ꝓ ſpũ ꝛmo sapie.s. ꝓgnitio diuinoꝝ ꝓ lumẽ infusuꝫ. qõ q̃dẽ posset esse etiã ipctõib⁹.¶Quia bona gr̃e gratis data te ꝛm alexãdꝝ in suo tertio.pñt esse q̃nq̃ a spũ sctõ.sꝫ nõ cũ spũ sctõ. Aliq̃ ista sapia cõmẽdata ponit̃ vnũ de septẽ donis spũs

UVA. BHSC. IyR_226

sancti. q̄ cōsistiti ꝓgnitōe diuinoꝝ. illoꝝq; sapoꝛoso gustu. ⁊ esse nō pōt sine caritate ⁊ gra gratū facie̅te. Juxta illud sapie. i. c. In maliuolā aiaz nō itrabit sapia. nec habitabit in coꝛpe subdito peccatis. Sapia igit̄ fuit in beata catheria. q̄ nō solū in hūanis. sed etiā in diuis illuiatissima fuit. atq; ea que dei sunt. ⁊ fidei sue sc̄ē ꝓgnouit ⁊ ꝯgustauit. Cū hac sapia supauit maxētiū. ꝓtrit phos ⁊ reginā atq; poꝛphiriū. cū ducētis militibus ad xp̄m attraxit. Maxētio q̄ppe dixit Dij quos colis nec te nec alios iuuare pñt Cui rex. si ita est vt asseris. ergo totꝰ mūdꝰ errat. ⁊ tu sola vez dicis. cū tñ oē ꝯbū i oꝛe duoꝝ vel triū testiū confirmet̄. Si angelus esses. si celica virtus. aduc nēo tibi credere deberet. quāto min⁹ cū feia fragilis esse ꝓberis. Et post multa verba vidēs cesar q̄ ei⁹ sapie obuiare nō possz. mādauit occulte p̄fras vt oēs gramatici ⁊ rethoꝛes ad ꝓtoriū alexādrie festināter venirēt inmēsa munera recepturi. si cōcionatricē xp̄ginez suis assertōib⁹ supare̅t. Adducti sunt igitur de diuīsis ꝓuīcijs q̄nq̄ginta rethoꝛes. qui oēs moꝛtales in oi mūdana sapia excellebant. Quib⁹ interrogātib⁹ cur de tā remoti ꝓtibus euocati fuissent. Cesar rñdit. Est aput nos q̄dā puella sensu ⁊ prudētia incōparabil̄ q̄ oēs sapiētes cōfutat. ⁊ deos nr̄os demōes esse affirmat. quā si supaueritis. cū magno honoꝛe ad ꝓpria redibitis. Cui illi dixerūt Adducat̄ coꝛā nobis puella. vt sua temeritate cōuicta. nūq; se sapiētes vidisse cognoscat. Sz cū virgo certame q̄ sibi immineb at dicuisset. totā se dño cōmēdauit. Et ecce angel⁹ dñi astitit. ⁊ vt ꝑstāter staret admonuit asserēs. q̄ nō solū ab illis vinci nō poterat. sz insup illos ipa ad palmā martirij destinaret. Cū ergo coꝛā oꝛatoꝛibus adducta fuisz. Dixit impatoꝛ. quali iudicio ꝺ vnā puellā quiq̄ginta oꝛatoꝛes apponis q̄s ⁊ ꝓ victoꝛia remunerādos ꝓmittis. ⁊ ine sine spe merced) pugnaꝝ cōpellis? Erit tñ mihi merces dñs iesus xp̄us. q̄ est spes ⁊ coꝛona ꝓ se certātiū. Cū vero catheria cū oꝛatoꝛib⁹ sapiētissime disputaret. ⁊ eos aptis rōibus cōfutaret. Obstupefacti illi ⁊ q̄d dicere nō inuenientes. muti penit⁹ sunt effecti. Tunc impatoꝛ nimiū ꝺ eos furoꝛe ꝛple tus increpare cepit. Cur ab vna puella tā turpiter se vinci ꝓmitterēt. Tunc vnus magist̄ alioꝝ sic ait. Noueris impatoꝛ q̄ nullus vnq̄ añ nos stare potuit. q̄n continuo vincer̄. Hec aūt puella in q̄ spūs dei loquit̄. sic nos in admiratōz cōuertit. vt ꝺ xp̄m aliq̄d dicere. aut oīno nesciam⁹ aut pre nitus formidem⁹. Mñ impatoꝛ ꝓstāter fatemur. q̄ misi ꝓbabiliꝛē sciam de dijs q̄s vsq; nūc colim⁹ ꝓtuleris. ecce oēs ad xp̄m cōuertimur. Audiēs hec tyrān⁹ nimio furoꝛe succēsus. oēs in medio ciuitatis cremari iussit. At virgo catheria ipsos cōfortans ad martiriū cōstātes effecit. ⁊ de fide diligēter instruxit. Cū ergo signo crucis muuiti flāmis fuissent iniecti. ita aias dño reddiderūt. vt nec capilli. nec vestimenta coꝝ ab igne in aliq̄ ledere̅t. Qualr̄ vero reginā vꝛoré maxētij. ⁊ poꝛphiriū. cū ducētis militib⁹ ad fidē xp̄i ꝺduxit. dicem⁹ i seq̄nti misterio

De patientia sancte catherine. ⁊ glorioso martirio eius. Capitulū tertiū.

